DE SVMMO ROMANI PONTIFI-CIS PRINCIPATV ET DE IPSIVS TEMPORALI DITIONE DEMONSTRATIO.



CELEBERRIMO DOMINO DOMINO IOANNI CAROLO AFFAYTATO NOBILIVM CREMONENSIVM PRECI= PVO ET CŒT. CAESAR DELPHINVS PARMENSIS NATVRALIVM ET DI= VINORVM DOCTOR SALVTEM ET PACEM MANSIVAM .D.

CVM TVA OMNIS IN- *tentio uir celeberrime ad inquirendam ueri- tatem & ad nodos cauſarum quibus tot uarii euentus conſurgunt extricandos conuerſa de- prehendi poſsit, & nihil mihi iucundius ab inferiori Germania ſupereſſe uideatur quàm tuæ magnitudinis memoria, & digna admo- dum admiratio, qui cum a teneris (ut aiunt) unguiculis ad annos maiores uſque nobiliori & exquiſita magis nec non æquiſsima & laudabili mer- catura cui etiam quàmplurimi chriſtianorum noſtrorum uiri ſemidei &* Princi pes Magnanimi *tempeſtate noſtra incumbunt non paruo totius rei publicę* Chriſtianæ *& pauperũ ſuorum commodo exercendum te, q; no biles quàmplures tibi aſsiſtentes immiſeris & tamen aliorum hominum conditiones in tantum exceſsiſſe dignoſci queas ut non niſi de rebus abſconditis & ſubterfugientibus cauſis & de ſublimioribus diuinis ſol- licitus credi debeas.* Q*uaſi qui ſolus breuiuſculam quantumuis hominis uitam inſinues ſatis ſuper q; ſatis fore his qui dierum horas pluribus & uariis etiam protractis actionibus æquis ponderibus impartiri ſtudent, & qui cautiori conſideratione ad ſupremum hominis finem, & ad libe- rorum dignam ſucceſsionem, inſuper & ad proximorum exercitam di- lectionem rationabili & diuino inſtinctu diriguntur.* Plerunq; *enim mihi ſuccurrit quemadmodum toties audierim te mira uerborum ſerie & facundia & efficacibus rationibus negociationis humanæ utilitatem & di gnitatem iuxta dictum ſapientis extollere & docere, deinde maiori lon-* Prouerbiorũ 31.

ge affectu de fine in quem diuitias congerere liceat crebrius diſſerere, ut non propter ſeipſas fruitioni ſed prout uirtutum inſtrumenta dignoſcun-tur uſui largo admittendas eſſe una cum philoſophorum principe palam demonſtrares, conceptus atq; animi tui habitus non dictis ſed factis an te omnium qui uident oculos, & quorumcunque qui intelligunt mentes, ea ratione comprobans ut nullus hodiernis temporibus qui tecum qualiter-cunque uerſatus fuerit & tibi multum non debeatur inueniri poſſit, nec aliquis unquam niſi prius omnibus bonis repletus hactenus a te receſſiſ-ſe dignoſcatur, & quicunque tecum loquuntur non niſi generoſæ men-tis conatus quibus inferiora quecunque ad ſuperiora nobiliora dirigi ſa-tagis in te deprehendant & inſuper non rebus tuis ampliſsimis dun-taxat ſed, etiam miris ſenſibus falſa quælibet explodere & uera illu-ſtrare & tutari poſſe nouiſſe ualeant. Idcirco cum rationis & uerita-tis amorem non mediocrem & animi promptitudinem ad eam comple-xandam & tuendam in te compererim codicem huiuſmodi qualemcun-que nobilitati & magnanimitati tuæ dicaui ut ueritatem in eo planam & ſummam, compendioſe traditam contemplari aggrediaris & eandem prout in hoc genere tibi maxime dilecta cognoſcitur contra temerarios inſultantes & uecordes oppugnatores uiſceribus ardentibus deffendere mo liaris, in eum finem etiam ut beneficiorum tuorum erga me non imme-mor uidear oblationem quamtulacunque ea eſt preſentem, in ſignum gra titudinis animi mei quę nunquàm excidit tibi defero. Et in hac re pau-peri colono qui manibus incuruis aquam xerſi obtulit comparari uelim qui licet tantum Regem plurimos qui argento & auro nitidas & algen tes aquas ſibi propinare poterant promptos habuiſſe penitus noſcet mu-nificos tamen animi ſui impetus cohibere neglexit quoniam non munus ſed animum Dantis apud illos qui cum paucioribus ſapiunt perpenden dum fore exiſtimauit. Vale.

Ethicorum 10.

Venetiis XV. Iunii M D XLVII.

DE SVMMO ROMANI PONTIFICIS PRINCIPATV ET DE IPSIVS TEMPORALI DITIONE CAESARIS DELPHINI PARMENSIS NATVRALIVM ET DIVINORVM DOCTORIS DEMONSTRATIO.

DE CLAVIBVS ECCLESIAE EXPOSITIO PRIMA.

DEPREHENDIMVS SERVATOREM *noſtrum de Clauibus in plurali numero loquutum fuiſſe, quæ ſi duæ ſint aut plures nihil palam ex uerbis eius percipi poteſt. Vnam quarum, clauem ſcientiæ nominaſſe uiſus eſt, quæ prout ex uerborum il-* Luce. 11.
lius intimis ſenſibus decerpere potuimus dicitur facultas homini collata ut per reuelationum ſupernaturalium notitiam et earum fidam interpretationem ſemet & alios recta mediorum ſupernaturalium uia ad perpetuam beatitudinem dirigat et per æternitatis aditus ad ſummi boni fruitionem ingrediatur et alios ingredi doceat, cum uero dixerit Petro tibi dabo Claues Quid ſit clauis ſcientiæ.
Regni cœlorum. Clauem huiuſmodi cum altera nexam quam iuriſditionis Clauem dicimus inſinuaſſe creditur, nam cum claues dixerit facultatem omnimodã homini Mathei. 16.
collatam qua Regnum cœlorum adire & alios introducere poteſt demoſtraſſe dignoſcitur. Cum uero ligandi & ſoluendi differentias addiderit intellectu uno Clauem iuriſditionis altero uero illam quam ſcientiæ diximus indicaſſe uiſus fuit, nam per ligandi & ſoluendi facultatem qua homo membra corporis eccleſiæ taliter ordinat & regit ut adinuicem ſine querela quodlibet eorũ loco ſuo officium proprium peragat & tabida quæque ab hoc miſtico corpore abſcindit uel corrigit et ſana cum cæteris in certã unionem ſubigit & obſeruat clauem iuriſditionis & ordinis intelligi uolumus, licet nonnulli per clauẽ ordinis clauẽ ſcientiæ ſignificari contendant eo q. ſit Quid p clauem iuriſditionis intelligamus.
ratio per quã ſpiritualis authoritas et poteſtas tradditur ordinato, per facultatẽ uero qua omnia illa toti corpori eccleſiæ in ordine ad caput alligat & digna capite probat uel eo indigna reſpuit ſcientiæ Clauem ſignificari contendimus, Adeo q. una earum principaliter facultatem ligandi & ſoluendi homines in ordine ad ſeipſos in corpore miſtico eccleſiæ. Altera uero facultatem alteram ligandi et ſoluendi eos in ordine ad caput principaliter concernat, per Clauem enim iuriſditionis denotatur authoritas qua homo ſub poteſtate conſtitutus ſemet ad fideles ſibi ſubditos & illos omnes adinuicem taliter ordinat & regit ut unuſquiſque eorũ in corpore eccleſiæ iuxta gradus ſuos & ſibi debitas conditiones cohibeatur & ligetur, ut ſibimet et alijs Differẽtię ꝓprie p quas claues diſtingui conſueuerunt.

officium rationabile preſtare ualeat, & ſiquis ſibimet improbus uel alijs infenſus de
prehenditur correctioni ſubiaceat, quam ſi non receperit a corpore eccleſiæ iuxta ſer
Matthei. 18 uatoris inſtitutum ſoluatur. Et clauis huiuſmodi clauem ſcientiæ ſemper ſibi preuiā
exigit cum tamen clauis ſcientiæ ſine illa que iuriſditionis dicta eſt inueniri queat, nā
Hoc infra magis declaratur expoſitione. 2. ſacerdos qui ſubditis ſibi ſacerdotibus non imperat uel forum proprium non habet
claue iuriſditionis proprie dicta minime potitur licet clauem ſciētiæ exerceat, homo
enim qui cæteris preeſt & eos ab eccleſia ſoluit & eidem annectit claui ſcientiæ ca=
rere nequaquàm debet, ut ſcripturarum ſententijs innixus actus ſuos rationabiliter
exercere poßit, idcirco Salomon implorauit ab altißimo Deo cor docile ut populum
3. lib. Reg. capite. 3. ſuum iudicare & inter rectum & obliquum diſcernere poßet. Moſes inſuper tan=
to populo præficiendus non tantum diuinis uerum etiam naturalibus diſciplinis &
Actorū. 7. omni ſapientia Aegiptiorum præditus uerbo & opere potēs adinuentus eſt. Paulus
etiam aſſerit epiſcopum doctrinam ſanam habentem qua contradicentes conuincere
Ad Titū. 1. poßit & ad exhortationes ſufficiat eligendum eſſe. Et ſi probe conſiderare uolue=
rimus inueniemus clauem ſcientiæ uerius ſoluere quàm ligare & clauem iuriſditio=
nis proprius ligare quàm ſoluere, licet ambabus ſoluantur homines & ligentur.
Clauis enim ſcientie reddit hominem liberum pro ſe & pro alijs quos inſtituit ad ele
ctionem mediorum ſupernaturalium ad finem ſupernaturalem ordinatorum & de=
clarat portam cœli patefiendam his qui dona ſupernaturalia neglectis naturalibus
toto corde & toto effectu complexantur, & inſinuat eandem precluſam his qui a
recto declinant & ſenſuum illuſionibus incumbunt. Clauis autem iuriſditionis ma=
gis urget eos ad pacificam cōuerſationem cum cæteris fratribus & ipſos maioribus
ſubigit & minoribus præficit ut unuſquiſque in gradu ſuo et conditione ſua ſibimet
& alijs ad uitam æternam prodeſſe poßit, & per cōminationes degradationum &
depoſitionum ab honorabilibus & dignis adminiſtrationibus quæ culpas deteſtatas
Ex duobus actibus diuerſis regēdi due claues et non plures dignoſci poſſunt. & damnatas declarant, & per incußionem timoris pœnarum ſtatus eccleſiæ man=
ſiuos diſponit. Duo igitur huiuſmodi actus diuerſi & huiuſmodi bina ligandi &
ſoluendi ſufficiens diuerſitas duas tantummodo claues de quibus ſeruator noſter nul
lo earum expreſſo numero meminit oſtendunt.

DE SACERDOTALI ET EPISCOPALI DI= GNITATE EXPOSITIO SECVNDA.

PLERIQVE modernorum temere magis quàm rationabili=
ter loquentes affirmant omnes qualitercunque ſacræ ſcripturæ
gnaros pro ſacerdotibus haberi poſſe, dicunt enim quemlibet
ex habitu animæ ſacerdotium nanciſci abſque eo ꝙ cerimoniæ
exrinſecæ & autoritas eccleſiæ acccedant. Nos uero dicimus ꝙ
licet homo ac ſi Angelus ſcripturarum quaruncunque ſenſus
reconditos aſſequatur, ipſum tamen ſacerdotem minime uocari poſſe, niſi ſcientia
ipſius per iudicium alterius in illo probata fuerit, quis enim poteſt ſeipſum pro=
bare & ſemet ad alios iudicandum promouere niſi per alios prius commende=

tur, nullus enim de ſeipſo teſtimonium perhibere poteſt, cum nullus ſit qui ſe Ioannis.5.
ipſum cognoſcat, & ſibiipſi non indulgeat, propterea dicebat Seruator ſi ego teſti-
monium perhiberem de meipſo teſtimonium meum non eſſet uerum. Paulus in Ad Roma-
ſuper inſinuans neminem poſſe ſeipſum ad docẽdum alios eligere dicit quomodo præ nos.10.
diacbunt niſi mittantur, ſubintelligendo predicatione approbata & recipienda niſi
mittantur, idcirco in ſacerdotem euadit cuius ſcientia diſcernendi & iudicandi appro
batur & recipitur, approbata enim & legitime recepta ſcientia fit clauis, & per
clauem ſacerdos ordinatur, per quam paradiſi ingreſſum modo præcludit modo pa
tefacit dum explorata hominum conditione per ſententias ſcripturarum, gratiam ſu- Confeſſio co
pernaturalem ipſis elargitam uel interdictam exponit. Ex quo præceptum & con ram ſacerdo
feſſionis neceſſitas coram ſacerdote palam deprehendi poteſt, nam ſi de iure diuino tes ad præce pta iuris di- uini reduci-
uſus clauium & præcipue clauis ſcientiæ exercendus ſit, quomodo exercebitur niſi tur.
delinquens ſemet per omnia diſcutiendum ſacerdotibus obtulerit, formalitas igitur
idonei ſacerdotis. erit ipſius preſtantia in ſacris litteris ab eccleſia recepta et appro
bata & per huiuſmodi receptionem regni cœlorum clauis effecta propterea dicebat Oſeas.4.
oſeas quia tu ſcientiã repuliſti repellã te ne ſacerdotio fungaris mihi. Nec cõtingit niſi
ualde mirari q aliquis audeat oppinari hominẽ per ſemetipſum ad alios iudicandũ ꝓ Ad Hebre- os.5.
moueri poſſe cũ Paulus aperte oſtẽdat nullũ ſacerdotẽ imo nec ſeruatorẽ ipſum niſi
per diuinã uocationem pontificem conſtitutum fuiſſe, et Moſes Aaron et filios eius Exodi. 28.
non niſi Altiſſimo imperante & eos probante ſacerdotes conſtituerit, qui enim in ſa
cerdotem aſſummitur pro ſeipſo & pro alijs ſi ſacerdotium exercere debeat aſſum-
mitur. ꝓpterea potior alijs eligi debet, quicunque autem ſemet eligit ob præſumptio
nem quam de ſe iactat, alijs deterior cum uirtute humilitatis careat reputandus eſt,
& qui ſe magiſtrum propria uoce confitetur in hoc ipſo ſemet docendum & imbeci-
lem demoſtrat. Sacerdos autem euadit in Epiſcopum quotieſcunque neceſſitas mini-
ſterij pluritatem ſacerdotum expoſtulat inter quos prior ſemper adinueniendus eſt.
Ille enim Epiſcopus dicitur qui plures eccleſiæ ſtatus principales adinuicẽ ordinat
& regit, ueluti qui ſacerdotalem & ſecularem ordinem ad ſeipſos inuicem diſponit
& gubernat & qui iura fori eccleſiaſtici ſubditis ſuis principaliter miniſtrat, Mo-
ſes enim altiſſimo Deo præcipiente & neceſſitate miniſterij ingruente Aaron & fi-
lios eius in ſacerdotes aſſummens inter eos ſupremum Aaron conſtituit quem ideo
quia ſacerdotibus præfuerat Pontificem & Epiſcopum nominari uoluerunt. Cum
autem tempeſtate noſtra propter altiſſimi Dei gratiam in gentibus plurificatam in
crebuerit uſus doctrinæ Chriſtianæ & orationum ad Deum et miniſterij ſacramen-
torum & rememorationis Paſſionis altiſſimi Chriſti per ſacramentum eucariſtiæ
frequentia, adeo multiplicati ſunt ſacerdotes ut neceſſitas coegerit inter eos ab infi-
mus uſque ad eorum ſupremum quem ſummum pontificem uocamus plures gradus
epiſcopales diuerſis & aptis nominibus ſignificatos interpoſuiſſe inter quos idem-
met ordo reſpectu multitudinis eorum ſeruari debet qui inter Aaron & filios
reſpectu paucitatis illorum ſeruatus fuit, nam ſi ordo qui eſſentialiter ad rerum om
nium durationem requiritur in umbra rei debuit obſeruari, quanto magis in re iam
parta cuſtodiri debet, ut omnes ſacerdotes in ſecta Chriſtianorum ſummum & uni-

cum ſacerdotem digeſtis inter eos ordinibus conſtituant & obſeruent ne turpiter de
prioritate & æqualitate inter ſe decertantes minoris ordinis & maioris confuſio
nis quàm Iudæi et Sarraceni et idolatræ fore deprehendãtur, apud quos unicus ſum
mus ſacerdos in unica eorum ſecta digna obſeruatione & maximo honore ſemper
habitus fuit, prout magis infra rationibus & autoritatibus immixi demonſtrabimus.
In religione igitur noſtra primi & ſecundi ſacerdotes ordine ſuo non ſolum modo
ueluti ſed magis quàm in alijs ſectis cum ipſa omnium aliarum potiſſima ſit repe=
riendi ſunt. Si autem rationem pluralitatis eorum attendere uoluerimus inuenie=
mus ipſos non tantum ob numerum hominum, locorum diſtantiam & nationum di=
uerſitatem, ſed etiam propter ſtatuum eccleſiaſticorum uarietatem repertos fuiſ=
ſe, unus enim ſacerdos urbi toti, nec in duobus locis notabiliter diſtantibus &
minus duabus nationibus diuerſis, neque duobus ſtatibus in corpore miſtico eccle=
ſiæ puta ſecularibus & monachis commode miniſtrare deprehenditur. Propte=
rea & ratione multitudinis hominum & ratione graduum ſecularium & mo=
nachorum & monalium & diſtantias locorum, & nationum diuerſitates, tot nume=
ro ſacerdotes & epiſcopos nanciſci cogimur, inter quos debent ſuperiores or=
dine debito qui proportionatos ſibi inferiores dirigant & corrigant adinueniri, quos
ideo epiſcopos, ſupra contemplatores & diuinos ſpeculatores appellamus eo ꝙ mo=
do quo ſpeculator in turri ſuper ciuitatem cõtemplatus ipſi ab oſtium incurſibus præ
cauere tenetur, ita etiam ſecundi ſacerdotes ordine temporis & primi ordine digni
tatis ſuper ſubditos ſuos ut ab eis occurſus quibus paradiſi uia intercipi poteſt arce=
antur inuigilare debent, nec differt epiſcopus a ſacerdote per ſcientiæ clauem cum
uterque eorum ſicuti diximus miniſterio docendi incumbat, ſed ſola iuriſditio inter
eos dirimit. Sacerdos enim inquantum ſacerdos orat miniſtrat & docet, inquantum
autem epiſcopus ordinat & regit diuerſos hominum ſtatus ut ordine debito in cor=
pore eccleſiæ ſine querela cohereant. Et licet contingat interdum ſacerdotem ſimpli=
cem diuerſis hominum ſtatibus miniſtrare quia tamen forum non habet epiſcopus di
ci minime poteſt. Epiſcopi igitur formalitas dicitur diuerſorum ſtatuum eccleſiaſtico
rum per iuriſditionem & forũ proprium gubernatio, ꝙ autem tempeſtate noſtra in
ter epiſcopum & ſimplicem ſacerdotem alij gradus qui nomine epiſcopi minime ſi=
gnificantur adinuenti ſint. Iſtud contigit ex neceſſitate numeroſitatis uicinorum ſacer
dotum propter populorum crebras & parum diſtantes cõmunitates, qui tamen
gradus non niſi remiſſæ dignitates epiſcopales propter diſtinctionem forma
lem inter ſacerdotem ſimplicem & epiſcopum narratam uocari poſ=
ſunt. Quamuis autem epiſcopus pro iuriſditione exercenda prin
cipaliter ordinatus ſit nihilominus ſacerdotio inſuper cũ
deuotione maiori & ſollicitudine exquiſita magis
quàm ſimplex ſacerdos fungi debet ut quæcũq;
de moribus & officio epiſcoporũ ſcri
pta ſunt in dignã aliorum edifi
catioſinem preſtare &
peragere uideatur.

Expoſitio tertia.

VTRAQVE Clauis in homine donis ſupernaturalibus ad-
ſcribi debet nam ſpiritus notitiæ reuelationum extra ordinem
uniuerſi hominibus illabens diſpoſitionem in ipſis efficit per
quam ſcientiæ clauem ſortiri queant, pariformiter poteſtas ip-
ſis collata per quam modo naturæ incōſueto ſibi ſubditos ad me
diorum ſupernaturalium obſeruationem certis ordinibus & di
uerſis conditionibus urgere debent non niſi ſupernaturale dei donum dici poteſt,
cum non hominum nec Angelorum more quādoquidem naturaliter prælationes ſuas
exerceant, uerum altiſſimi dei ſemita quaſi extra creaturarū potentiam in finē etiā
extra creaturas poſſidendum ſubditos ſuos ordinent & dirigant, propterea huiuſ-
modi gradus homines, Dei, nominari conſueuerunt eoq; in ſeipſis quoddam extra uni Pſalmo. 81.
uerſum oſtendant & cum nihil extra uniuerſum preter Deum exiſtat altiſſimi Ioannis. 10.
ipſius diuinitatem qualitercunque per regimen quod exercent in ſeipſis referunt,
idcirco donum ſupernaturale & uirtutem diuinam in eis non mediocriter uereri
oportet. Et licet aliquis obijciens illos etiam ueluti cæteri homines peccatores eſſe
contendat & nullo honori habendos propter eorum ſcelera fore demonſtret, imo Mathei. 23.
aſpernandos magis quàm reuerendos inſinuare nitantur, dicimus ſeruatorem palam
nobis oſtendiſſe q; licet ipſi ſibimet mali ſint doctrina tamen eorum nequaquàm ſu-
ſpecta neque etiam miniſterium eorum reſſellendum & uitandum eſſe debet, propte
reaq; cum gratia altiſſimi Dei quocunquemodo hominibus improportionata reperia
tur non differt q; in homine malo ueluti & in bono reperta ſit præcipue cum non ho
minis illius gratia ſed propter alios eidem collata ſit, & in eodem non propter
ipſum ſed gratia aliorum debeat exerceri, diſpoſitio enim in homine ad gratiam pro
ſemetipſo recipiendam diuerſa eſt a diſpoſitione per quam ad gratiam alteram pro
pter aliorum commodum in ſeipſo recipiendam diſponi uidetur, eoq; homo pro ſeip-
ſo gratiā ſuſcepturus diſpoſitione qua gratia illa exercendus eſt caruiſſe non poteſt
ipſo autem pro alijs conditionem diuinam recipiente ſufficit ut diſpoſitio in illis ad
quos eadem conditio ordinata eſt reperiatur. Ex hoc autem q; altiſſimus gratiam
ſuam per inſtrumenta que illam non habent impartiri conſueuit aperte nobis oſten-
ditur ipſam nō eſſe ab hominibus ſed a Deo, quæ ſi duntaxat per uiros ſanctitate pro
batos diſtribueretur plurimi poſſent oppinari ipſam pro parte ab hominibus proue
nire, propterea ut altiſſimi liberalitas probe dignoſci poſſit. Donū prophetiæ Balaā
qui inter ariolos cōnumeratus eſt propter utilitatem alienam datum fuiſſe legimus, Numeri. 22.
& demonibus interdum diuinas & ſupernaturales reuelationes electorum gratia et
non ad eorum commodum fieri deprehendimus prout ex ſcriptura lumine ſuperna-
turali Sathan quandoque illuminatum cognouimus cum per eam nobis ipſum inter
filios Dei maximi coram ipſo aſtitiſſe liqueat cuius aſſiſtētia nihil aliud quàm ipſius Iob. 1.
mentem diuinis illuſtrationibus quæ bonis angelis oſtendi ſolent aſtitiſſe nobis inſi-
nuat, idcirco non eſt mirum ſi doctrina reuelationum & modus miniſtrationis ſa-

cramentorum in prauis ſacerdotibus probabiles inueniantur, & minus ſuper epiſcopos mirandum eſt ſi & ipſi peccatores uideantur, propterea q. ſeruator etiam in malis ſacerdotibus regimen & iuriſditionem probauit, nam licet ſacerdotes & epi

Ad colloſenſes capite. 1. *ſcopi mali ſint & in relatione ad Deum per caput eccleſiæ quod eſt altiſſimus Chriſtus reprobi iudicentur nihilominus in relatione eorum ad ſubditos, utiles ualde et ſibiipſis duntaxat malos eſſe reperiuntur quotieſcunque enim ſacerdotes et epiſcopi extrinſecus iuxta priſcorum receptas reuelationes populos inſtituunt, & ipſis miniſtrantes illos in ordine ad ſeipſos in corpore eccleſiæ et ad Chriſtum dirigunt & moderantur, nihil nobis cum eis ſi in domibus ſuis & ab alijs ſeorſum arbitrio ſuo fragilitati humanæ indulgentes conuerſantur. Ita enim contingit fieri iudicium de homine ſacerdote & epiſcopo ueluti etiam contingit de principe temporali, qui pacem concordiam honorem & commmodum populis ſuis miniſtrans nullatenus ab eis refellendus eſt etiam ſi extra ditionem propriam nullo diſcrimine ſubditorum ſuorum rapiat, & honori, paci & rei exterorum infenſus ſit, in hoc enim populi eius contra ipſum querelam nullam rationabiliter nanciſcuntur cum medio ipſius ſiue malus ſiue bonus ſit finem in quem aſſumptus eſt conſequantur quicunque enim præſident non debent conſiderari prout ſeipſos in ordine ad deum ſed prout ſeſe ad illos quibus præſident diſponuntur, & iura debiti officij erga eos impendunt. Propterea*

Actorū. 23. *Paulus apoſtolus cum ſine cauſa iuſſu principus ſacerdotum in maxillam ceſus fuiſſet erga ipſum maledicta & imprecationes retractauit, eo q. princeps non ſit maledicendus niſi toti reipublicæ prius noceat, etiam ſi particulari cuidam innocenti obfuiſſe cognoſcatur, cum præſides prout magis infra dicturi ſumus a ſuperioribus poteſtatibus potius agi quàm agere uideantur, idcirco ſi ſontes ferant & inſontes opprimāt id euenit propterea q. cauſa latens nobis ignota quæ ipſos agit huiuſmodi euentus nō ſolūmodo in cōmune uerum etiam in inſontiš acriter et turpiter læſi cōmodum permittit, et hac ſentētia recepta nullá ſcriptura quæ præſidibus malis homines quos libet ex animo ſubigi præcipit obliqua uidebitur, ueritas enim ſumma eſt q. omnis poteſtas a deo eſt. Igitur poteſtas cuiuslibet principantis ſiue ſecularis ſiue eccleſiaſtici bona & utilis eſſe perhibetur quia a deo eſt, malitia ergo epiſcopi ipſi ſoli duntaxat oberit, quia prout ipſe ad populum ordinatur poteſtatem ſuper ipſum exercet quæ cum ſit a deo non niſi bona & utilis dici poteſt, ut autem nullus error & nulla falſa & inutilis perſuaſio occaſione præſentis aſſertionis cuiquàm ſuggeri poſſit ſubiungimus q. ſi malitia ſacerdotum, & epiſcoporum per manifeſtas hæreſes & infandos mores adeo debaccharetur ut fini in quem ordinati ſunt præiudicarent nullo modo ferenda eſſet & tunc deceret eos expellere & ipſis aduerſari prout tot reges & ſacerdotes ab officio regiminis & miniſtrationis depoſitos & exterminatos fuiſſe legimus, eo q. Dei mandatis obſiſtere uel eadem poſtpcnere moliebantur, & facinora ſua contra intentionem prcpter quam aſſumpti fuerant ad culmen regiminis & miniſterij longo abuſu fouere & malis moribus ſubditos inquinari nitebantur.*

Expoſitione. 4. Petri. 1. capite. 2. Ad Romanos, 13. Ezechielis 24. Danielis. 5. Regum 1. capite. 2.

DE SVMMO PRINCIPATV SACERDOTALI
per rationes a naturalibus & pollitícis ſumptas
Expoſitio quarta.

D I X I M V S *in generali de prælatione ſummi ſacerdotis in
omni genere ſectarum, ſupereſt modo ut rationibus potioribus
dicta noſtra ualidiora reddantur, ꝗ in ordine eccleſiaſtico ueluti
& in cæteris quibuscunque ordinibus in uniuerſo adinuentis de
neceßitate ſummus ſacerdotum cæteris omnibus eccleſiæ præla=
tis debeat præſidere ratio a naturalibus ſumpta non parum per
ſuadere uidetur, cum enim apoſtolus corpus eccleſiæ corpori naturæ comparauerit* 1. Ad corin-
licebit nobis ſpiritualia gratuita naturalibus ſpiritualibus & corporalibus contuliſ th, 11, cap.
*ſe propterea ꝗ gratuita omnia in maiorem perfectionem naturalium ſuper elar=
gita ſunt & in ſublimitatem eorum certiorem & mãſiuam ordinantur ſi ergo inter
naturalia quæque ordo perfectionum eorum eſſentialem concernens de neceßitate
reperitur decet etiam ut in gratuitis non minore imo potius maiori digeſtione de=
prehendatur, uidemus enim naturales uirtutes ueluti uegetatiua in plantis, & ſen=
ſitiua in animantibus imperfectis, & ſecundum locum motiua apprehendens in per
fectis animalibus omnes in diuerſis rerum naturis diuerſas inueniri in homine ta=
men propter unum ordinem inter eas non niſi una eſſe, omnia inſuper ſublunaria
a ſuperioribus cœleſtibus gubernari & ab eisdem in ordinibus ſuis dependere co=
gnoſcimus, nam totus iſte mundus ſenſibilis eſt contiguus ſuperioribus lationibus
cœli ut tota uirtus eius gubernetur inde, propter ordinem autem cœlorum omnium* Ariſto. in 1.
adinuicem uidemus omnes octo cœlos inferiores motu diurno cum cœlo primo metheororũ
unico ipſius proprio motu moueri, præterea gratia ordinis octo cœlorum in= libro.
*feriorum adinuicem per longam obſeruationem cœlum lunæ in tot diebus ſolari=
bus ab occidente in orientem reuolutione una completa moueri palam cernere
poſſumus quot diebus diuinis uidelicet, millibus annorum cœlum octauum eadem ſe=
mita reuolui conſueuit rurſus auges aliorum ſex planetarum eodem motu cum
cœlo octauo circunferri deprehendimus, gratia autem ordinis ſeptem cœlorum
inferiorum & planetarum omnium adinuicem demonſtratur nobis corpus ſolare
cum corpore lunæ & augibus eius uel cum ab eis remouetur inter utraque per æqui
diſtantiam perpetuo locari. Amplius lineam medij motus Mercurij & medij, mo=
tus Veneris ſemper regula mediæ lineæ motus Solis moueri deprehenſum eſt, rur
ſus Martem Iouem & Saturnum omnes norma motus ſolis in epicyclis ſuis mo=
ueri occultemus agnoſcimus adeo ꝗ omnes cœlorum motus per mutuam inter ſe con
nexionem ordine unico inter ſe ad unum duntaxat motum referuntur. More igi=
tur naturalium prælationes omnes eccleſiaſticæ in ſummo Pontifice per ordinem
unum & certam inter eas connexionem una ſolummodo & non plures eſſe debent.
Si autem modo regiminis Angelici regimen & ordinem eccleſiaſticum diſpoſuiſſe
uelimus neceſſe erit ſummum principatum in quo totus ordo regiminis conſiſtat in
eo ſtatuiſſe, cum non ſolummodo ex naturali Magia quam ſummam philoſophiam*

eſſe contendimus uerum inſuper ex ſcripturarum receptarum authoritate ſummum principatum inter angelos etiam in terminis creaturarum naciſcamur cum enim Ioannes ſcripſerit Michaelem cum Angelis ſuis aduerſus draconem pugnaſſe dubio procul ipſius exercitam ſuperioritatem ad angelos ordine certo ſignificaſſe dignoſci poteſt præterea cum legamus Archangelum eundem populi Iudaici qui populus Dei Altiſsimi ellectus dicebatur principem fuiſſe proportionaliter etiam ipſum alijs archãgelis nationum aliarum principibus ſuperiorem intelligere poſſumus cum populus Iudaicus omnes alias terræ nationes dignitate precederet, præcipue cũ Angelus Danielem illuſtrans appellet ipſum unum de principibus primis & illum archangelo Perſarum potiorem fuiſſe demonſtret cum ipſius auxilio perſarum principis reſiſtentiam irritam redditam fuiſſe recenſeat. Angelum etiam Eſau præſidem cum Iacob luctatum fuiſſe ſcriptura refert propterea q cum Eſau iure naturali maior eſſet Iacob angelus etiam ipſius in naturali ſua prelatione maior angelo Iacob habendus fuerat, ſed quia gratia ſupernaturali accedẽte Iacob aſſumptus fuerat ut Eſau maiori fratri ſuo prepoſitus eſſet, rectum uidebatur ut propter huiuſmodi uicem uerſam naturali gradui angeli Eſau gradum angeli Iacob excedenti nulla fieret iniuria, idcirco in tali mutatione ceſſit Angelus Iacob dignitati præſidis Eſau, ut in ſignum ſuperioritatis ſue non læſæ per tactum illius læderetur Iacob & claudicaret. Ex quo non niſi miram prælationis inter angelos obſeruationem noſce poſſumus, quam tantopere Chriſtiani debent imitari & tota diligentia obſeruare ut ordinibus ſuis certis, ſuperioribus filijs Dei ſimiles inueniãtur et ſubditi inter eos diſcant ſibi præpoſitos licet mali ſibiipſis exiſtant reuereri propterea q ex doctrina huiuſmodi de prelationibus angelorum reuelatis, innoteſcit non ſolummodo ipſos ſibiipſis inuicem ſubijci & dominari & in his inferioribus particularibus hominibus & eccleſijs uniuerſalibus pro ut Ioannes docuit præeſſe ſed inſuper principibus omnibus indifferrenter aſsiſtere & actus eorum dirigere demonſtratum eſt nam Alexandro Darium impetente nihil in ſcriptura de Alexandro neque de Dario ſed duntaxat de Arcangelo Principe Grecorum qui Alexandrum agebat legimus. Quapropter qui prælatos & principes damnare uolunt perpendant uelimus an ipſi tanquàm donorum altiſsimi Dei uel iræ ipſius inſtrumenta ditiones ſuas in ſubditos exerceant, & inſtinctu cauſarum ſuperiorum ipſos corrigant & gubernent, uel de capite ſuo duntaxat ipſos agant. Credẽdum eſt enim principantes omnes ſiue ſeculares ſiue eccleſiaſtici ſint in ultionem uel in utilitatem populorum quicunque & qualeſcunque ſint a ſapientiſsimo & omnipotenti Deo omnia ſuau.ter & ſemita meliori diſponente conſtitui ut boni bonis & mali malis licet ipſi mali ſint præſideant propterea probe ſcriptum eſt non maledices principi populi tui ipſe enim inquantum ad populos ordinatur & inquãtum princeps eſt maledici minime debet propterea q a Deo conſtitutus eſt, nihil enim de malitia principis ad populum refert in quantum ipſe ad Deum ordinatur cum plerunque uitioſos principes populis ydoneos uirtuoſos uero ipſis inutiles experiamur, ſemita etiam huiuſmodi naturalium prælationum & ordinum reuelatorum & abſque reuelatione cognitorum prælationes Iuris politici ordinari conſueuerunt quæ in ſecta qualibet una, omnes in uno Imperatore cõ=

Apocalypſis. 12.

Danielis. 10

Geneſis. 32.

Apocalypſis. 2.

Danielis. 10

Exodi. 22.

plecti debent, omnes enim unius ſectæ principes in modo regiminis pollitici ab uno Imperatore dependere & ad illum unum referri debent, nec aliquis ipſorum a iuriſditione Imperatoris etiam authoritate ipſiius conſentiente preter Papam de iure prout infra demonſtrabimus eximi & abſolui poteſt, cum enim iura pollitica naturalibus innitantur debet etiam in illis ordo & harmonia quæ primum & ultimum gradum ſine inter mediorum confuſione complectitur obſeruari, exemplo quorum non minus ymo magis cum ipſis potiora ſint iura eccleſiaſtica debent ſine confuſione ab infimo gradu uſque ad ſupremum eorum gradum ordinari, idcirco cum Apoſtoli manus imponerent fidelibus Samaritanis ordinem ſuperioritatis & inferioritatis in eccleſia citra omnem confuſionem ſignificare contendebant, nam ueluti in ciuili ut ita dicamus propter nominum carentiam pollitia primus gradus imperatori uni debetur ita etiam primus gradus in politia eccleſiaſtica ſolummodo Papam concernit ſicut enim ſtatus hominum ſeculares pro commodo & bonore cuiuslibet eorum certa pace manſiua de iure per Imperatorem diſponuntur gubernantur & corriguntur pari ratione ſtatus eccleſiaſticorum iuxta diuerſos eorum gradus in corpore miſtico eccleſiæ per Papam ſine querela diſponi gubernari et corrigi debent ipſe enim ſolus princeps & immediate ſolus totam pollitiam eccleſiaſticam moderari debet & ipſe unus clauem iuriſditionis eccleſiaſtic e poſſidet et iure proprio celitus ipſi accedente exercet, quàmuis etiam prælati inferiores prout ab eo inſtinguuntur ipſa fungi debeant, & eandem ab ipſo uno recognoſcere teneantur, & exemplum primitatis huiuſmodi principatus adducentes ipſum unum tempeſtate noſtra cauſam contra monachos & moniales apoſtatas recognoſcere & contra eos decidere poſſe et teneri affirmanus propterea q; talis cauſa ſtatum contemplatiuorum omnino refellit & aufert, & pollitiam eccleſiaſticam per ſtatus hominem actiuos & contemplatiuos sententia altiſſimi Chriſti probatos demolitur, nam licet fugitiui monachi & moniales intentiones ſuas obliquas tutari uelint & oſtendere nitantur uota ſua nullius roboris eſſe propterea q; homo quilibet ex ui profeſſionis chriſtianæ & baptiſmatis ad obedientiam paupertatem & caſtitatem imo uirginitatem citra connubium principaliter teneri dignoſcitur, non tamen probant ſi contemplatiuam polliciti fuerint q; huiuſmodi uotum preſtare non teneantur, eoq; uotum contemplatiuæ ueriſſimis et melioribus bonis ad quæ homo principaliter non tenetur adſcribi debeat, & dubio procul ſi pollicitum fuerit aſpirante diuino fauore preſtandum ſit. Idcirco ſolo Papa mandante ad quem unum de pollitia eccleſiaſtica pertinet moniales & monachi examinandi ſunt inter quos ſi quidam adeo ſimplices reperiantur qui per tria uota, media neceſſaria ad uitam contemplatiuam tantummodo ſignificari non intellexerint abſoluantur, & in libertate priſtina dimittantur. Si uero inter eos depræhenſi fuerint qui per talia uota, media neceſſario requiſita in uitæ cõtemptatiuæ obſeruationem quæ uerum & proprium uotũ monacorum eſſe dignoſcitur. Potuerint intelligere, compellantur rurſus ingredi monaſteria, ne propter occaſionem nactæ libertatis plurimi eorum Sanctitate ſpectati a probitate ſua, & a recta contemplatiuæ uitæ recedere proponant, & prauis monachis preſtita debacchãdi licentia boni inſuper ſpe libertatis ſecularis allecti uitam apoſtolicam quam profitentur et uouere

Actorũ. 8.

Lucæ. 10.

runt negligant,nam ſiquis de ſtatu monachorum iuxta Benedicti et Bernardi normã priſcam certior reddi uoluerit reperiet eos non niſi uitam Apoſtolorum & eccleſiæ primitiuæ quæ in determinato hominum numero,nec niſi in parua multitudine conſiſtens obſeruari poteſt amplexatos fuiſſe, & alios amplexari docuiſſe, qui utique gnari, homines non eſſe angelos,nec aßidue orationibus & contemplationibus & ſtudijs uacare poſſe,poſt orationes ſtudia & prædicationes Pauli apoſtoli exẽplo laboribus manuum innixi de ſudore uultus ſui pane ſuo ueſcebantur,et amplos reditus pauperibus qui ſibiipſis non ſufficiebant tota diligentia miniſtrare nitebantur. Propterea Dominus eccleſiaſticæ pollitiæ querelam tantam contra malos monachos & principes ipſis fauentes ſolus recognoſcere & ulciſci debet,inſuper ipſe unus deſidiã illorum qui abſque operibus legis homines iuſtificari contendunt per principatus alios ſibi ſubditos corrigere tenetur, propterea q; licet dona ſupernaturalia quelibet gratis & abſque medio naturali ſuffragante proueniant, nihilominus illis receptis neceſſario ſuccedunt opera legis & mandatorum obſeruatio ut filij dei per actiones gratiam in eis atteſtantes a filijs diaboli diſtinguantur nam ſiquis opera diaboli facit & conditionibus elementaribus nimis indulget & iuſtificatum ſe dicit mentitur,& alios ſeducit,huiuſmodi enim hominum ſecta omnibus eccleſiæ noſtræ ſtatibus infenſa eſt, & membrorum corporis miſtici ipſius connexionem ſoluit, dum charitatis externa officia alterius ad alterum minime neceſſaria fore prædicat, & inſtitutiones mutuas per exempla inter Chriſtianos neceſſario requiſitas tollit. Idcirco cum toti pollitiæ eccleſiaſticæ diſcrimen non mediocre moliatur a ſummo Pontifice principaliter & ab omnibus eccleſiæ prælatis conſequenter radicitus ſuccindenda eſt niſi correctioni ſubiaceat & cohiberi poßit. Nam ueluti Ciuiles abuſus per ſanctiones a ſolo Imperatore robur habentes euerti & auferri ita etiam radices malæ in eccleſia noſtra germinantes ſolo robore manus ſummi Pontificis euelli & igni cremari debent,& ueluti iuxta mores nationum & diuerſitatem temporum & occurſuum uarietatem,iuris actiones a ſolo Imperatore modo gratia honoris & commodi populorum factæ ſint robur nanciſcuntur ita etiam iuxta diuerſos in eccleſia Dei euentus inſtitutiones pontificiæ modo gratia maioris obſeruationis diuinarum traditionem proueniant a ſolo ſummo Pontifice uires ſortiuntur. Huiuſmodi autem ſententiam exemplo declarantes dicimus q; ſi membro cuidam eccleſiæ contingeret ut qualicunque carnium eſu, ſeu uini potu ſibiipſi uel alijs nocendi conſuetudinem traheret & huic præcepto pontificis ſummi,carnis eſus ſiue uini potus interdiceretur q; ipſum omnino penæ temporali et culpa mortali iuxta ſummi Põtificis decretum obnoxium eſſet ſi carnibus uel uino ſibi interdictis ueſceretur & ſi tale præceptũ nationi uniuerſaliter impoſitum foret in qua quidam præcipui & egregij uiri qui cõmunes mores minime ſectarentur inuenti eſſent & legiſlator a cõmuni nationis ipſorum præcepto eos abſolueret,nullus de ſummi Pontificis iniuſtitia ſiue partialitate queri poſſet cum ipſe intuitu conditionum diuerſarum in hominibus hos ſoluere & alios culpis & pœnis ligare ualeat,ueluti & Imperator ab onere quarũdam inſtitutionum quàm plures uiros eximios interdum abſoluit & eximit propterea q; ex moribus et meritis eorum exploratis illos a quibuſdam cõmunibus legi=

Ad corinthios. 2. 11. et 12. Capite.

bus minime cohibēdos cenſet cum ipſi per ſeipſos inter rectum & obliquum diſcernē
tes honori et publicæ commoditati abſque eo ꝗ legibus urgeantur inuigilent. Siquis
autem interogaret an aliquis in natione cui propter finem dictum caro uel uinū inter
dicitur audito Papæ decreto poſſet a uino uel carnibus abſq; culpa et diſcrimine pœ=
narū ueſci quando tali parcitate ipſis uteretur ut dubio procul nullū periculū ſibiipſi
uel alijs exinde immineret. Reſpondemus ꝗ in hoc caſu perſona huiuſmodi nec in re
latione ad Deum per ſeipſam nec in relatione ad homines conſiderata a culpa et pœna
propter mādati ſibi impoſiti trangreſsionem excuſari poteſt nam in ordine ad deum
conſiderata non poteſt de ſeipſa iudicium certum afferre ſi minus quàm cæteri ho=
mines mandato ſuperuenienti Papæ teneatur propterea ꝗ de bonitate et ſecuritate
maiori in ſeipſa quàm in alijs præſummere nequaquàm poteſt ut ſemet a cætu aliorū
hominum ſecernat & iudicio proprio ab onere aliorum communi diſpenſare et ſub=
trahere ſeſe poſsit, nam licet certior per ſeipſam reddi poſsit ꝗ ex potu uini uel car
niū eſu non periclitetur in alicuius dicti uel facti turpitudinem quam Papa per man
datū ſuū intercipere nititur, quia tamē de ſeipſa confidere nō debet illi eidē cui et alij
ſubijciuntur ad maiorem cautelam ſuæ integritatis ſeruandæ ſubijcienda eſt. Si au=
tem in relatione ad homines conſideretur propter aliorum exemplum in obſer=
uationem diuini præcepti de maiorum authoritate & præcipue prælatorum eccle=
ſiaſticorum in huiuſmodi traditionibus quomodocunque uerēda et obſeruāda, ex toto
animo parere niti debet, ꝗ ſi in cōditione ſua propter talis mandati exequutionem ni
mis grauari uideretur diſpenſationem a Papa per ſingulares proprietates aliorum
cōmunibus diſsimiles in ſeipſa demōſtratas implorare poteſt. Aliud exemplū gratia
huius intentionis adduci poſſet quo Papam cunctos uniuerſaliter chriſtianā fidem pro
fitentes ſub culpæ mortalis & pœnæ temporalis reatu rationabiliter urgere poſſe
declaramus ut dominicis diebus nullus eorum nec in domo ne in foro nec alio in loco
præterquam in eccleſia cum altero qui comenſalis ſuus quottidianus non ſit congre=
gari queat & ꝗ nulli deambulare, uel in eccleſia cum alio fabulari ſub eodem rea=
tu liceat. Et huiuſmodi exempla quibus homines iuſſu Papæ ad certiorē diuinæ legis
obſeruationem cōpelli poſſunt quæ compendij gratia in præſentiarum omittimus cre
bra paſsim reperienda ſeſe nobis obuiam oſtendunt. Pro maiori autem declaratione
eorū quæ ſupradicta ſuut ſubiūgimus inſuper ꝗ licet leges ciuiles a fine propter quē
condūtur uidelicet a bono & honeſto reſpublicas concernente robur ſuum ſortiantur
pariter & leges eccleſiaſticæ a fine ſuo uidelicet diuini iuris certiori & exquiſita
magis obſeruatione robur ſuum nanciſcantur. Omnia enim pratica a fine ſuo ueluti
ſpeculatiua a medio proprio denominari conſueuerunt. Attamen horum finiū quorū
gratia leges emanant exploratio Papæ & imperatori principaliter credi debuit,
propterea ꝗ unius ſolius & præcipue exequutiua authoritas aliorum omnium au=
thoritates in unum cohercet & ad certiorem harmoniam reddit, quàm plurium
æqualium uel adinuicem ſecūdum ſuperius & inferius non ordinatorum authoritas
cohercere & ordinare ualeat, nam licet plurimæ ſanctiones quæ fortaſſe Papæ &
Imperatori nunquàm innotuerunt in diuerſis locis obſeruentur nihilominus ab eo=
rum ſola authoritate declarantur habere robur & fines ſuos debitos intendere, eo ꝗ

Nota de authoritate exequutiua uniuerſali Papæ et Imperatoris uniuerſalem ſententiam.

*ſi reuerentia horum duorum principatuum non adeſſet poſſent plures audacter ma
gis quàm rationabiliter eas infringere & quàm plurima iura ciuilia et municipalia
confundere, & in deterius inuertere. Idcirco ſæpius multæ ueteres ordinationes ob-
ſeruantur et multæ inſuper nouæ obſeruabũtur quæ tamen nec Pape nec Imperatori
diſtinctæ cognoſcũtur et minus in futurũ cognoſci poterunt: Et nihilhominus ab eorũ
ſola authoritate pro ratis habebũtur ratione qua mediate uel immediate caſu aliquo
dubij uel cõtradictionis in illas inſurgente ſemper ultimate ſaltẽ ad eos referri debẽt,
propterea ueluti in reſponſione ad dubia de uniuerſalitate Romani Pontificis dictu
ri ſumus ipſe omnino uniuerſalis propter clauem iuriſditionis ſaltem affirmandus
eſt eoq; omnia ſolus quæ ad ipſam exercẽdam ſpectant notitia exercita nouiſſe poteſt
licet fortaſſe hactenus nunquàm nouerit, qui tamen prout uerba Gregorij Papæ ſo-
nant pro uniuerſali ratione clauis ſcientiæ exercita notitia exercendæ fortaſſe non ſit
habendus, eoq; interdum par rochianus aliquis qui ſigulares conditiones perſonæ ſol
uendæ & ligande internas & externas omnino aſſequitur ad illàm in ſingularibus
exercendã aptior inueniri queat, licet Papa pro exquiſito & certo magis uſu clauis
ſcientiæ declarandæ ſimul & exercendæ ditionem uniuerſalem clauis iuriſditionis
exerceat & hac ſemita, uerborum Gregorij ſenſus extorqueri facilius poteſt pro-
ptereaq; platina in ipſius geſtis refert ipſum Mauritio Imperatori reſpondiſſe q; il
la uniuerſalitas quam ſibi Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus attribuebat Pe
tri ſucceſſoribus debebatur.*

DE SVMMO PRINCIPATV SACERDOTALI
*per reuelationes & authoritates a ſcripturis comprobatis
deductas Expoſitio quinta.*

SVPEREST *modo ut de ſummo principatu Papæ ſententiæ
demonſtrationem per reuelationes aggrediamur quibus, dunta
xat poſpoſitis aliorum modorũ probationibus Domini nobis ad
uerſantes inniti cõpellũtur, dicamus igitur q; ſeruator noſter cũ
de poteſtate ligandi et ſoluẽdi hominibus collata loqueretur nun
quàm de clauibus niſi cũ Petro & de poteſtate earũ niſi uni ipſi
tradd ita loqui deprehẽſus eſt, nã tametſi alijs poteſtatẽ ligandi & ſoluẽdi cõtulerit
nũquàm tamẽ de clauibus ipſis preſtãdis mẽtionẽ feciſſe dignoſcitur ꝑptereaq; uide-
batur fruſtratoria de clauæ ſcientiæ mentio cũ facultatẽ remittendi et retinendi pec
Ioãnis, 20. cata nihil eſſe preter clauem ſcientiæ ſatis notũ foret, præcipue cum prius dixiſſet ac
cipite ſpiritum ſanctum ideſt donum ſupernaturale Dei ad ſupernam illuſtrationem
pro ſcripturarum exquiſita interpretatione, pro ut etiam alibi ſcriptum eſt tunc
aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Cum Petro autem loquens palam de
monſtrat ambarum Clauium facultatem ipſi uni traditam fuiſſe & iuſinuat Cla-
uem iuriſditionis uni duntaxat principaliter deberi & unicum principatum in eccle-
ſia ſua adinuentũ eſſe, per quem ordo totius policiæ eccleſiaſticæ ſollicita cura ſeruã
dus ſit, quãobrem clauis iuriſditionis clauis ordinis uerius dicta eſt, cuius ordinis Cu-*

ram tanti

tanti faciendam eſſe Chriſtus inſinuat ut Petro ac ſi triplici præcepto gregem ſuum ꝓpter quid clauis iuriſdi
paſci ac cuſtodiri mandauerit, exinde ſignificans hominem et præcipue principantem tionis clauis
non ſolummodo propter ſeipſum ad dilectionem Dei altiſſimi uerum ex ipſa dilectio ordinis ue-
ne ad alios inſuper ordinatum fuiſſe. Ideo reſpondente Petro, amo te, ſubiunxit paſce rius dicta ſit.
oues meas quaſi diceret nõ ſufficit ut erga me pro teipſo dũtaxat officiũ amoris pre nota.
ſtes ſed amplius erga oues meas, erga membra corporis miſtici cuius caput ego ſum
ut nõ ſolummodo pro ſeipſis ad me uerum etiam per alios adinuicem conſona cõuer Ioannis ultimo
ſatione diſponantur, ꝙ autem Petrum ſolum in claue iuriſditionis ſaltem præpoſuerit
manifeſte deprehendi poteſt propterea ꝙ ipſum nom ne ſuo conditiones ſuas ſingula
res concernente uocauerit uidelicet Cephas quod interpretatũ petram & lapidem
refert, nam ipſi uni coram omnibus alijs nemine eorum contradicente claues regni coe Ioannis. 1.
lorum tradidiſſe legitur ut omnes palam cognoſcerent Petrum ſolum, Chriſtum cor=
poraliter abſentẽ præſentia ſua relaturum eſſe. Et ualde dedecet ꝙ quis contra hu=
iuſmodi ſentẽtiam proteruiens obijciat clauem ſcientiæ claue iuriſditionis potiorem
eſſe cum clauis iuriſditionis gratia clauis ſcientiæ exercenda ſit, iuriſditio enim ni=
hil aliud molitur niſi eorum quæ clauis ſcientiæ ſuggerit quaſi coactam obſeruatio=
nem & cum hoc uerum ſit conſequenter oſtendere nitatur Apoſtolos omnes dignita=
te non inferiorem illi quæ Petro debetur ſortitos fuiſſe propterea ꝙ clauis ſcientiæ
æque ipſis ſicuti & illi collata ſit, nos enim dicimus ꝙ ſeruator nomine lapidis ſibi
uni debito Petrum cæteris omnibus Apoſtolis omnino præpoſuiſſe dignoſcitur cuius
prælatio non niſi per clauem iuriſditionis claui ſcientiæ ſuperadditam & ipſam ma
gis ſublimem et certam magis declarãtem conferri quiuit. Nec obſtat ꝙ ſeruator met
prioritatẽ inter eos damnare uiſus fuerit cum nõ prioritatem ſed animorũ elationẽ
et deſideriũ præſidendi inter eos cohibuerit, idcirco dicebat qui uoluerit eſſe non qui Marci. 9.
fuerit inter uos maior ipſe erit omnium nouiſſimus, & alias rurſus qui minor eſt in
ter uos omnes, hic maior eſt, fortaſſe ſignificans prælationem Petri qui humilitate Lucæ. 9.
& dilectione omnes alios, & non præſumptione propriæ uolũtatis & electionis cre
ditur præcelluiſſe. Summi etiam ſacerdotis principatum præter authoritatem ad
ductam de Aaron oſtendimus cum Moyſes non ſolummodo ſummi ſacerdotis princi
patum in ſpiritualibus uerum etiam in tẽporalibus geſſerit prout utriuſq; principa Exod. 18.
tus eius acta nobis indicãt, propter quid autem uiuente ipſo fuerit Aaron in ſummũ
ſacerdotẽ aſſumptus in reſpõſione ad obiectiones paulopoſt docebimus. Præterea oſtẽ
dit nobis ſcriptura ꝙ in Concilio & cõuentu ſacerdotũ pro rei dubiæ ueritate inqui Deutero no-
renda adinuentus eſt ſacerdos primus cuius imperio deciſiones concilij debent obſer= mij. 17.
uari & mandata eius auerſantes per decretũ iudicis trucidari cui in tantũ ſcriptura
defferendũ eſſe inſinuat ut ipſius ſolius imperio quæcunq; deciſa ſunt in loco & cõ=
uẽtu quẽ elegerit dominus exequutionẽ ſortiantur et nõ dicit ſcriptura ſacerdotũ ſed
ſacerdotis in ſingulari ſignificans huius hominis ſingularis principatũ quaſi dicat ꝙ
digeſta p ſacerdotes debẽt urgeri ad exequutionẽ prout uiſum fuerit eorũ ſummo
habita per ipſum diſtinctione conditionũ & locorũ inter homines qui non a Concilio
ſed ab ipſo immediate gubernari debent. Ex quo demonſtratur ultra principatũ cla
uis iuriſditionis in Papa quãti inſuper clauis ſcientiæ in eo magnifacienda et quantũ

Clauis ſcientiæ maioris authoritatis in Papa quã in alijs eccleſia antiſtibus

aliis aliorum prælatorum præferenda ſit cum ipſius imperio concilium intãtum deferre uideatur ut ea quæ utranque clauem multo diſcrimine concernunt per ipſum ſolum moderari & regi debeant & exinde authoritatem ipſius tantam eſſe deprehendi poteſt ut interdum caſu urgente ipſemet abſque aliorum conuentu & recenti concilio uiros eligat qui ſeniores & populum clauibus iuriſditionis & ſcientiæ exerceant ueluti Moſes cũ in montẽ aſcenſurus eſſet ſenioribus et ſapietioribus congregatis non commiſit electionem uirorum qui cauſas inter eos emergentes dirimerent

Exodi. 24.

ſed ipſemet illis aſtãtibus Aaron et Hur in hunc finem præpoſuit cum tamẽ Aaron in ſummum ſacerdotem nondu m aſſumptus fuiſſet.

AVTHORITATES ET RATIONES quibus Papa præter clauem iuriſditionis eccleſiaſticæ imperio etiam temporali potiri debet Expoſitio ſexta.

Geneſis. 14. Regum. 2. Cap. 6.

IAM Prope *oſtenſum eſt Moſem utriuſque clauis principatũ & ditionem temporalem modis omnibus exercuiſſe pari modo Melchiſedech regem & Dauid Ephot accinctum et reges alios ſacerdotium & ditionem regiam præſtitiſſe ſcriptura paſſim demonſtrat, quorum more debet etiam ſummus ſacerdos chriſtianorum iuriſditionem temporalem ſubditis miniſtrare & temporaliter dominari, propterea q, niſi Papa ditione regia potiretur plerunque contingeret ipſius maieſtatem non ſolummodo a ſecularibus potentibus uerum etiam & magis a pluribus eccleſiaſticis amplioribus diuitiis affluentibus deſpectui eſſe. Quamobrem eccleſia noſtra ſciſmatibus ſemper obnoxia uideri poſſet niſi Papa omnibus in genere ſuo imperantibus maior eſſet, quod Patriarchæ Conſtantinopolitani exemplo pro aliis innumeris quæ adduci poſſent oſtẽditur qui tempore quo imperium Conſtannotipoli uigebat & ibi reſideret imperator, ſedẽ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Romanæ ſedi præponere nixus eſt propterea q, ipſe Romano antiſtite fauore Mauritii Imperatoris temporali potentia maior uideri potuiſſet, cui Romanus Pontifex propter ipſius authoritatem & diuitias mittoribus uerbis, quàm oportuiſſet fertur reſpondiſſe, nec opus eſt q, Domini nobis aduerſantes in hoc loco mentitam Conſtantini ſiue nullius roboris donationem*

Platina in uita Greg. Pontificis

aſſerant, & opponant, eo q, licet etiam Papa nullo iure principatum temporalem occupaſſet tantæ tamen utilitatis apud populos, & apud reges Chriſtianos tanti honoris & apud Chriſti crucis hoſtes tanti terroris reperta eſt Papæ ſublimitas et potentia ut nullus ipſi propter ademptam etiam ui occupatã temporalem ditionem calumniã merito poſſit inferre. Iura enim regnorum magis in uno quàm in alio robur ſortiuntur cum per unum, nulla perſonæ cõditione habita, magis quàm per alium cõmunis rerum publicarum utilitas manſiua proueniat, nam regiminis temporalis Papæ exemplo principantes ſeculares diſcũt populis ſuis iura digeſta cum omni diligentia et æquitate nulla habita electione perſonarum miniſtrare, ultra cõmodum quod

Papa propriis ſibi temporaliter ſubditis per regimen ſuum impendit, et per ditionē ſuam temporalem omnibus inſinuatur q. ſi abſque errore dirigi debeant hominum actiones circa miniſteria ſecularia, debent prius circa eccleſiaſtica regimina quæ per bonitatem diſciplinam & ſcientiam conſueuerunt exerceri doctos eſſe. Primum enim querenda eſt ab eis norma qua homines inter ſeipſos in ordine ad finem ſupernaturalem regantur poſtmodū regulam qua inter ſe ad fines ſuos naturales ordinari poſſunt certiori lumine nanciſcentur. Ordinata eſt enim a Deo Altiſſimo poteſtas Papæ temporalis, et in hunc finem regia ſedes eius adinuenta eſt, ut deprehenſo commodo rerum publicarum quæ temporaliter per Papam gubernantur omnibus innoteſcat id eſſe certius & honorabilius omnibus commodis aliorum populorum qui ſub aliis principibus ſecularibus aguntur, propterea q. in Papa præcedit earum regimen eccleſiaſticum in quo ſi quis recte dirigitur rectius etiam & commodius in alio temporali ſemper dirigetur.

CVM PAPA IN POLLITIA ECCLESIAſtica præſit Imperatori an uice uerſa imperator in pollitia ciuili ipſi præſideat Expoſitio ſeptima.

PRINCIPES Imperii tot iam uoluentibus annis digna et neceſſaria conſideratione rerum publicarum ſtatus digerentes deprehenderunt non parum intereſſe reipublicæ chriſtianæ q. magis ab imperatore deuoto & fideli quàm ab ignaro diuinarum inſtitutionum gubernetur & corrigatur, nam ſi imperator ſtatus eccleſiaſticos auerſaretur ciuilibus inſuper & ſecularibus infenſus haberi poſſet, propterea q. utilitates & honores & rerum publicarum commoda omnia per obſeruatam relligionem certiora ſemper & ampliora & magis durabilia fuiſſe deprehenſa ſunt, prout non ſolummodo gentilium uerum etiam & magis Deum unicum & uerum colentiū ſcripturæ receptæ per exempla crebra paſſim indicant. Idcirco rationabiliter decreuerunt electum Imperatorem per Papam coronandum & confirmandum eſſe, alioquin electionem ſuam irritam & nullius roboris eſſe declarauerūt, propterea q. niſi Imperator Pontificis ſummi aethoritate reciperetur & approbaretur ſemper de incommodo non ſolummodo fidei uerumetiā reipublicæ ſecularis chriſtianæ ſuſpectus eſſet, ideo ſeſe Papæ ſubmittit ut principatus ſuus cuius tanta connexio cum eccleſiaſtico attenditur legitimus agnoſci queat, inſuper ut ſemet probatum & receptum a Papa reipublicæ Chriſtianæ idoneo demonſtret ipſum a iuriſditione ſua temporali exemptum declarat, eo q. pro legitima ſuimet approbatione neceſſe eſt ut omnibus indicet ſeſe receptum & confirmatū a principe toti reipublicæ Chriſtianæ admodum utili & honorabili ut nemo de cura & ipſius exquiſita ſollicitudine non ſolummodo circa eccleſiaſticum ſed inſuper circa regimen ſeculare rationabiliter dubitare poſſit. Idcirco in huius rei demonſtratiuum ſignum, temporalem principatum in ipſo probat et ipſius ſecularem ditionem uerendā et ratam et ab imperiali ditione exemptā exponit.

CONSEQVENTER SVMMI PONTIFICIS DIGNITATE *et cōditiones ſoli Epiſcopo Romano deberi demonſtratur* Expo. *octaua.*

CVM *de ſummi* Pontificis *neceſſaria adinuentione & de ipſius conditionibus compendioſe quo ad magis fieri potuit diſſerueri mus, ſupereſt modo ut rationibus et authoritatibus innixi ipſum eundem* Antiſtitem Romanum *eſſe demonſtremus.* Cuius *quidem primitatem per ſucceßionem in loco ſedis Petri minime contendimus adſtruere, propterea* ꝙ *Domini nobis aduerſantes Petrum ipſum nunquàm Romam uidiſſe ſibi perſuadent, nec ſcripturas de Romano ipſius* Epiſcopatu *admittunt, duximus enim rem indignam eſſe cum ipſis contendere de ſucceßione* Romani Pontificis *in pontificatum* Petri *ratione loci cum non de ſitu reſpectu cœli ſed duntaxat de gradu & dignitate quos locos & manſiones reſpectu regiminis in ordine uniuerſi & extra ipſum inſuper nominamus rationabilius loquendum ſit, nam ſucceßio huiuſmodi attenditur magis ratione maioris aßimilationis hominis ad Petrum prædeceſſorem in donis gratuitis quàm in loci ubi ipſe degebat habitatione, nam apud Altißimum nulla eſt loci ueluti nec perſonarum acceptio, idcirco cum loquimur de loco* Petri *& de loco ipſius ſucceſſoris, oportet æquiuocationem huius termini.* Locus, *attendere, quam* Domini *uobis aduerſantes perpendere negligunt, propter huiuſmodi enim multiplicis nominis dimiſſam obſeruationem in quaſdam contra nos irrationabiles oppoſitiones labuntur, & a ſitu ſub cœlo & non ab homine qui dignor ſitu eſt totam rationem huiuſmodi ſucceßionis ſummi aſſeuerant, nam ſi de hominibus loquendum eſt, nullos a Chriſto citra, Romanis digniores hactenus adinuentos fuiſſe faciliter oſtendemus, nec inſuper gentem in qua uirtutes omnium modorum & diuinæ & humanæ ueluti in Romana floruerint reperiemus, & hoc palam ex* Pauli Apoſtoli *ſcriptis ſublimioribus ad Romanos cæteris potioribus innotuiſſe poteſt.* Si *quis autem obiecerit* ꝙ *tempore principatus Papæ quàm plures diuerſarum nationum hominès ab Italica in ſummos pontifices electi fuerint.* Reſpondemus *hoc ideo contigiſſe quia gratia* Altißimi Romæ *magis quàm alibi exercita potiores homines in illum locum potioribus effectibus affluentem iuſſit accerſiri & ſic inſuper accipientes locum prout* Domini *nobis opponentes intelligunt propoſitum noſtrum etiam de loco & ſitu orbis loquentes concludemus,* ꝙ *autem digniores homines digniorem gradum & locum gratiæ altißimi* Dei *ſublimen magis Romæ obtinuerint ueritas hiſtoriarum declarat cum principatum Papæ extra Italiam tranſlatum ſemper decreuiſſe & in deterius ceßiſſe paſſim legamus, quapropter neceßitate urgente Romam reuocatus ibi tanquàm in loco ſuo genuino more plantarū in terris ſibi proportionatis ſemper uiguit.* Et *cum ſummi Pontificis neceſſaria adinuentio demonſtrata ſit dicant queſo* Domini *opponentes ubi ſedes eius præterquàm Romæ locanda ſit, qui ſi probe reſpondeāt aperte fatebūtur* Conciliū Calcedonēſe *et tot alia quàmplurima cōcilia extra fines Italiæ celebrata non abre* Pontificem Romanum *omnium aliorum ſummū declaraſſe & per tot annos recepiſſe, & obſeruaſſe ubi tot uiri celebres ex tot diuerſis nationibus congre*

Ad Ephe. 6.

gati ſpiritu ſancto ſuggerente omnes in hanc declarationem & receptionem nemine diſcrepante concurrerunt, & Romanis plebanis quos cardinales non ab re ſi officiū ſuum recte præſtiterint libuit appellari, in tātum detulerunt, ut Romani Pontificis electio etiam poſt ipſius primitatem declaratam, prout etiam ante ipſis credita fuerat rurſus ſpiritu ſancto compellente crederetur, quamobrem Romulidas miræ eſtimationis ob eorum ſanctitatem & iudicium apud uniuerſi orbis ueram eccleſiam ſemper fuiſſe dignoſcimus, cum ipſis totius mundi Chriſtiana reſpublica quam concilia præſeferunt uices in ſummi Pontificis electionem perpetuam collatæ fuerint, in quibus profecto uiri nec numero pauciores nec minus ſapientes, neque ſancti minus quàm Domini nobis opponentes prout opera eorum atteſtantur inuenti ſunt. Et ſi Chriſtus pollicitus eſt ſe futurum in medio duorum uel trium qui in eius nomine congregati fuerint, cogemur ex ipſius pollicitis affirmare ipſum in medio conciliorum quæ tot numero ab ineunte ætate diuerſis locis legittime celebrata ſunt affuiſſe & q. ipſorum inſtitutiones & præcipue circa principatū Papæ & loci eius decretū qui tantum refert direxerit, ueluti etiam ſcriptura uetus inſinuat cum dicit, ſuper rem dubiam ſacerdotes tibi indicabunt, ideſt ſacerdotes leuitici generis deo Altißimo ſuggerente electi, per illuſtrationem ſuper eos diuinitus factam, non in terminis humanis dubiorum nodos tibi reſoluent, nam ita eius uerba ſonant ſurge, aſcende ad locum quem elegerit dominus deus tuus ueniensq; ad ſacerdotes leuitici generis quæreſque ab eis & indicabunt tibi iudicij ueritatem & facies quodcunque dixerint qui præſunt in loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram ex quo manifeſte ſignificatur q. ſi altißimus deus eligit locum uel modum & conditionem concilij q. ipſe tanquàm cauſa principalis et concilium tanquàm cauſa inſtrumentalis eius apparens omnia declarat & decernit et nota q. ſcriptura dicit locum non per locum ciuitatem uel proprium locum uel tale quid corporale ſed gradum dignitatis demonſtrans, abſurdum enim eſſet ſi ſacerdotes in uno loco magis quàm in alio congregati munere illuſtrationis diuinæ fungerentur, cum æque diſpoſiti in uno loco ueluti in alio per illius gratiam abſque differentiæ locorum conditione ipſis ſuperueniente rationabiliter cenſeantur. Idcirco quod prope dictum fuit de gradu principalitatis Petri per locum ſignificato recte et pie conſiderantibus extortum minime uideri debet propterea nec ratio ſucceßionis in ſedem Antiochiæ uel Romanæ ubi Petrus præfuiſſe dicitur, primitatem Papæ per ſeipſam facit. Sed hominum conuentus ubi Chriſtus inhabitat propter ſucceßionem Petro in fide & moribus & non ſede locali huius uiri principatum legitimum & in cœlis ratum conſtituit. Pro maiori autem diſcußione illius totius quod in præſenti expoſitione demonſtratur, ſupereſt ut dubium quoddam abſoluamus, quo quis hæſitaret circa ſummi principatus antiſtitis Romani aſſertionem, dubitāt enim quàmplures de huiuſmodi preſentis ſententiæ ueritate, propterea q. Gregorius Papa in reſponſione quadam ad Alexandrinum antiſtitem queri uidetur q. ab eo epiſcopus uniuerſalis appellari conſueuerit, cum epiſcopus uniuerſalis minime cenſeri debeat, propter quod exiſtimant multi Papam ſummi principatus in ſeipſo titulum denegaſſe, cum ſemet uniuerſalem epiſcopum

Mathei. 18.
Deuterono. xvij. 17.
numeri. 16.
Diſtinct. 99.

non eſſe reſcripſerit, ad quod dicimus Gregorium Papam Eulogio præſuli a lexan drino hoc unum de principatu ſuo inſinuaſſe, uidelicetq, in exercendo clauem ſciētiæ pro uniuerſali minime ſit habendus, propterea q, impoßibile ſit ſoli Papæ totum ob ſequium clauis ſcientiæ ſubditis ſuis uniuerſaliter præſtitiſſe, cum tamen totum ob ſeq uium clauis iuriſditionis ſolus expendere ualeat, nam diſciplina & ſubditorum regimen per clauem ſcientiæ indefinitas hominum conditiones ambit, regimen au- tem per iuriſditionem, ſtatus & gradus ordinatos & numeratos concernit, quorum omnium ſpeciales conditiones notitia exercita Papa non uiſſe poteſt, idcirco ſolus uniuerſaliter dicto regimini circa uniuerſalia & pauciora ſufficit, cum tamen ſolus uniuerſaliter effectus clauis ſcientiæ omnibus impartiri nequeat, eo q, actu exerci to ipſe unus omnium ſubditorum particulares conditiones explorare non ualeat, quamuis Clauis ſcientiæ prout ſupradictum eſt tanti in ipſo pendenda ſit.

Hoc ſuperius migis declaratur expoſitio ne, 4

SIGNA DISTINCTIVA QVIBVS CONCI lia ſpiritus ſancti a conciliabulis hominum dirimere poſſumus Expoſitio nona.

QVIA In huiuſmodi ſententia de Romani antiſtitis principatu aduerſus Dominos nobis opponentes magna pro parte concilio rum authoritatibus innitimur ipſi rurſus inſurgunt, & multo- rum conciliorum nullitatem demonſtrare aggrediuntur, pro- pterea q, deprehenſum ſit ab eorum uno decretum uniuſmodi ab altero uero alteriuſmodi emanaſſe, quamobrem cum ſpiritus ſanctus contraria ſeſe inuicem refellentia minime ſuggerat, concludunt q, ſaltem in eorum altero neceſſe ſit fateri Chriſtum & ſpiritus ſancti gratiam deffuiſſe, & ex hoc fidem dubiam concilijs præſtandam eſſe deducunt, quod ſi uero conſonaret Chriſtianæ fidei fundamenta quibus innitimur omnia ruinoſa & nullius firmitatis eſſe credi poſſent, quapropter ob animarum noſtrarum commodum fides alia certior quærenda nobis ſupereſſet, cum id totum quod creditur ideo credi debeat quia per cō cilia receptum & approbatum fuiſſe dignoſcitur, propterea q, Chriſtus in medio eo rum per infuſionem gratiæ ſupernaturalis Spiritus Santi quam uires humanæ per ſeipſas nequaquam attingunt oſtendit eis inter ſcripturas quæ illarum ab altißimo Deo, & quæ ab hominibus duntaxat proueniant, & quæ inter illas princ piis reue- latis correſpondeant, & quæ ab eis eo q, ſolummodo ab hominibus inuentæ ſunt di- ſcordent. Idcirco concilia Dei altißimi a conciabulis hominum facilime diſtingue- mus cum in conciliabulis ſemper aliquid principijs fidei noſtræ reuelatis diſſentiens & ualde diuerſum repertum ſit, cōcilia autem nihil prorſus præter totum id quod ab eis clare deduci ordinari & præcipi poteſt attendant & inſtituant, ueluti ſcriptū eſt et docuerint te iuxta legem eius, nam ex hoc quod concilia ab ambitu eccleſiæ & cōmuni conſenſu Prophetarum Apoſtolorum & Euangeliſtarum non declinant, ſed ſecus legem per eos ſcriptam de credendis & agendis decernunt & præcipiunt non niſi diuina noſci poſſunt. Concilia etiam & conciliabula dirimuntur ſi radices

Scripturæ ſacræ non ab hominibus ſed a ſeipſis et a Deo robur ſuum nā ciſcuntur.

Deuteron. 17

eorum a quibus conſurgunt in conſiderationem noſtram deuenerint, nam ſi cau-
te conciliabulorum originem inſpexerimus palam nobis fiet illa omnia ſecundum
ſe tota non niſi ab odijs inter prælatos & principes, & a monachorum ſimultati-
bus, & non a zelo charitatis & ueritatis proceſſiſſe, quamobrem a conciliis ueris
propter repertam in conciliabulis prauitatem nequaquàm declinare debemus, imo
magis propter notam inter utrunque differentiam ad eorum reuerentiam & om-
nimodam obſeruationem totis uiribus accingi tenemur, cum nihil humanum in ipſis
& niſi diuinum ſi probe eorum deciſiones perpendantur offendi poſſit.

PROPTER ACTVVM OBLIQVITATEM modo ſine hæreſi deprehendantur prælatos nec prelationes ab eccleſia tolli poſſe demoſtratur Expoſitio decima.

DOMINI Opponentes rurſus in Romanum Pontificem & in
alios eccleſiæ noſtræ prælatos indignantur propterea ꝙ in eo-
rum comparatione ad deum nulla religionis & proprie eorum
profeſſionis obſeruatio (prout ipſi dicunt) reperta ſit, & autho
ritate Chriſti indignationem ſuam exaſperantes demonſtrare
ſibi perſuadent clauium facultatem nulli niſi charitate prius in Ioã.ultimo.
formato traditam fuiſſe, propterea ꝙ antequàm Chriſtus cum Petro loquens ſubiũ
xerit. Paſce oues meas terna interrogatione prius ſi ipſum diligeret ab eo ſciſcitatus
fuerat, aſſerentes ꝙ nullatenus ipſi niſi per debitam in eo deprehenſam dilectionem
gregis ſui paſcendi curam mandauerit, neminem enim ſine uera dilectione charita-
tis officia potiora docendo & regendo præſtare poſſe affirmant, cum inſuper ſcri-
ptum ſit ꝙ ſapientiæ ſpiritus mentibus maliuolum nequaquàm illabatur. Nos autem Sapientie.1.
licet ſuperius huiuſmodi obiectionibus ſatisfeciſſe uideri poſſimus nihilominus rur-
ſus dicemus ꝙ licet uerum ſit Chriſtum Petro charitate informato gregis ſui curam
præcepiſſe, ſi tamen dicta ipſius in alijs locis ſcripturæ explorauerimus manifeſte Math.23.
reperiemus ipſum clauem ſcientiæ & iuriſditionis etiam in quàm pluribus charitate
non informatis obſeruandas propoſuiſſe. Comendat enim Chriſtus Paſtorũ ſapien- Ioã.ultimo
tum charitatem & illam maxime expoſtulat & maiorem in maioribus prælationi
bus ipſam exigit, nam cum Petro curam gregis ſui paſcendi iniungeret maiorem ſui
dilectionem in eo quàm in alijs requirebat, propter hoc tamen gubernantium doctri
nam & regimen etiam ſi mali ſint & charitate uacui non improbat, nam ſi paſtores
& doctores ante Deum pro ſeipſis mali ſint cum hoc tamen coram hominibus obſe-
quia debita extrinſecus preſtent, nulla calumnia ipſis intentari, nec eorum doctrina
refelli, & minus regimen eorum detrectari debet. Si enim ſeruator doctores & pa-
ſtores ſeorſum & in domibus ſuis explorandos ſubditis obieciſſet, iam ſubditi non ip
ſorum ſubditi, ſed eorum iudices uerius haberi poſſent, idcirco ne tollatur humilitas
& ſubditorum obedientia, & eorum pura ſimplicitas monuit ſeruator ut eorum ex
trinſeca cum ſecundum ueritatem dicta & facta cenſeri queant & ea quæ non Deũ

ſed quæ noſmet duntaxat concernunt in ipſis obſeruemus & exequamur. Si enim li
centia huiuſmodi ſubditis non eſſet interdicta ſemper inter illos & nos informitas
Pſalmo, 95. *querelarum frequens exerceretur, omnis enim homo cum in ſeipſo & ad Deum re=*
latus conſideratur mendax eſt, & in pondere ſuo multum defficit, q. autem dictum
ſit ſapientiæ ſpiritum malis non illabi intelligendum eſt q. malos nequaquàm pro=
pter ſeipſos ſed tantum propter alios inſtituit, ueluti Salomonem non propter ſe=
Reg. 3. ca. 3. et ſapient. 9. *ipſum ſed propter alios tantum, ſi damnatus foret inhabitauit, ſicuti etiam ſpiritus*
propheticus Cayphã nõ ipſius ſed aliorũ gratia afflauit, propterea concilium Cala
Ioan. 18. *cedonienſe ſuperno inſtinctu adactum declarauit Papam ob nullius alterius criminis*
preterquàm p hereſis notam refellendũ et deponendũ eſſe, in caſu enim hereſis nec ſi
bi nec alijs bonus haberi poſſet, dedecet igitur aſſerere prælatos deponendos et fugã
dos eſſe, etiam ſi ſibimetipſis coram Deo tantũ propter actus ſuos deteſtabiles mali
adinueniantur, & magis dedecet talem conſequentiã admittere Papa eſt malus ergo
Papatus refelli & tolli debet. Monachi ſunt mali ergo monachatus eſt malus nec ſu
pereſt niſi ualde mirari quod Domini nobis aduerſantes conſequentiam talem per=
gant admittere, & ipſi inhærere, cum dubio procul aperte intelligant eccleſiaſticas
prælationes & diuerſos actiuorum & contemplatiuorum ſtatus de neceſſitate citra
omnem inter ſe confuſionem ad eccleſiæ noſtræ perfectionem et integritatem ſtatuen
dos & obſeruandos eſſe, propterea ſi mentis oculis inuigilauerint a ſemita præcipiti
ſuper quam ſpiritu indignationis agũtur pedem referre quàm citius aggredientur.

OBIECTIONES CONTRA PRINCIPATVM *temporalem Papæ adducuntur, et eliduntur, Expoſitio undecima.*

CVM Rationabiliter ex omnibus quæ dicta ſunt principatus
temporalis Papæ probari & recipi debeat, inſurgunt tamen
2. ad Timo. cap. 2. *Domini opponentes & contra ipſum obijciunt q. nemo mili=*
tans Deo implicat ſe negocijs ſecularibus. Amplius q. Chriſtus
iudiciariæ et temporali poteſtati uiſus eſt omnino renũciaſſe cũ
Ioannes, 8. *iudicium in adulteræ condemnationem quamuis diuinitus ratũ*
foret dimiſerit, & ſtatere pro ſemet & Petro didrachma exigentibus ſoluto in exẽ
Leui. 20. *plum prælatorum ipſum ſeſe ditionibus ſecularibus ſubiecíſſe & non præpoſuiſſe*
contendunt. Et q. ſacerdotes temporalem iuris exequutionem minime ualeant exer
Mathei. 17. *cere, quã rem ſecundũ eos ſcriptura uetus demonſtrat cũ ſit mentio de iudice inter ſa*
cerdotes qui eorum ſummi iuſſu & imperio rebelles & ipſorum traditionibus &
Deutero, 17 *ſententijs inobedientes morti ſecus eorum aſſertionem dedat, & non dicit ſcriptura*
iuxta ſacerdotis ſed duntaxat iuxta iudicis decretum propter quod iudiciariam po=
teſtatem pontificibus omnino interdictam fore inſinuant, nam licet ſacerdotes reos
condemnandos exponant coudemnationis tamen modum & illius exequutionem de=
cretis iudicum ſecularium dimitteræ prout littera huiuſmodi dictat cogi uidentur.
Exodi. 32. *Præterea cum Moſes etiã poſt aſſupmtionem Aaron in ſummum Põtificem principis*
& ſacerdotis officio fungeretur pontificem ſummum non ſolummodo in temporali
bus ſuperiorem

bus ſuperiorem uerum etiam in eccleſiaſticis coadiutorem ſeipſo maiorem nanciſci poſſe affirmãt, principatum inſuper Petri inter Apoſtolos inficiantur, eo q. cum ſcriptum ſit ipſum per Apoſtolos in Samariam miſſum fuiſſe minoritatẽ potius quàm maioritatem ipſius inter eos uel ſaltem æqualitatem ad alios in eo concludere nituntur, propterea q. maiorem a minoribus nunquàm miſſum fuiſſe legatur. Præterea ex hoc q. a Paulo reprehenſus dignoſcitur prioritatem ipſius negare aggrediuntur cũ maior a minore decenter repræhendi nunquàm conſueuerit, quibus omnibus obiectionibus ſigillatim ſatisfacientes dicimus q. illa Pauli Apoſtoli authoritas non eſt ad eorum propoſitum cum per ſecularia negocia ſignificentur actiones hominum quæ nec in proximi, uel proprium commodum, nec ad Dei cultum ordinantur, in quos fines dubio procul principatus Papæ temporalis dirigitur, nam ſi probe conſiderationem noſtram expenderimus inueniemus inſuper uitam contemplatiuam ab operationibus extrinſecis horum finium gratia non eſſe abſolutam, quamuis ab actiua per actiones extrinſecas non frequentes diſtingui uideatur, nam actiua per orationes & contemplationes breuiores miniſterio extrinſeco crebriori inhæret, contemplatiua uero illis longioribus & ſublimioribus incumbens etiam tali miniſterio licet minus frequenti indulget, cum tamen contemplatiua ſine actiua & econuerſo raro uel nunquàm reperiatur, eo q. una cũ altera ſemper permixtim inueniri debeat, propterea q. homo ex carnibus & oſſibus more Angelorum aſſiduam intellectus operationem præſtare nequeat. Idcirco licet Papa & eccleſiaſtici præſules ad partem contemplatiuæ magis quàm actiuæ declinare debeant, ab officio tamen iudiciali præſtando actiuam concernente propter hoc abſtinuiſſe non compelluntur, reuerentia tamen potioris uitæ contemplatiuæ in ipſis expoſcit, ut decentius iudices ſeculares in iudiciorum ſaltem criminalium exequutionem ſubſtituant, qui iuxta ciuilium decretorum normas iura ſubditis miniſtrent, & ſi quid dubij in exercendis iudicijs offenderint ipſis totum extricandum & decidendum referant, Papa enim & cæteri eccleſiaſtici principes cum temporaliter præſint inſtitutionum etiam & regularum temporaliter regendi, pleno intellectu gnari eſſe tenentur ut certius ſuper iudices ſubſtitutos inuigilare poſſint, & huiuſmodi reſponſio obiectionem alteram quæ de iudice ſummi ſacerdotis imperio iuxta proprium decretum reos trucidante ſententiæ noſtræ aduerſari uiſa fuerat totam eneruat, et aufert. propterea q. iudex ille pro principali in exercendo temporalia iudicia non habebatur, cum ſacerdotis imperio & tanquàm cauſa inſtrumentalis ipſius agendus eſſet, qui ideo inter ſacerdotes ſedere conſueuerat ut eorum deciſiones auretenus adhauriens imperio ſummi eorum, qui arbitrio ſuo exequutiones omnium quæ in concilio decernebantur mandabat certiori ſufficientia præſto poſſet adinueniri, & ſacerdos ſummus habita ratione uitæ contẽplatiuæ in ſeipſo uita actiua potioris, iura imperij ſui læſi per alium magis actiuum decentius ulciſceretur, pro eo autem q. Chriſtus a cõdemnatione mulieris abſtinuit et eam abſolutam dimiſit poſſumus ſcire q. ipſe poterat utique condemnare eam ueluti etiam potuit illam abſoluere, & apud exigentes didrachma poterat utique ſemet exemptum & immunem declarare, nam qui manifeſtauit hominibus ſe uenturum in nubibus cœli, & Pilato dixit tu dicis q. Rex ſum, ego in hoc natus ſum, & ad hoc ue Mathei 26

Ioã. 18. ni in mundum ut teſtimonium perhibeam ueritati, quaſi diceret non negauerim me
eſſe regem quia ut doceam & regam natus ſum, poterat decenter ſemet exemptum
iudicem & regem per iudicij actus exercitos ut uerborum ſuorum ueritas apud ho=
mines effectibus cõprobaretur oſtendere, uerũtamenquia dixerat re gnum ſuum nõ
eſſe de hoc mundo declarabat iura ſuæ ditionis non eſſe more humano exercenda, ui
delicet per iudicium quod exteriora hominis percunctatur & illis duntaxat inniti
conſueuit, ſed per aliud certius quod interiora ipſius ſcrutatur & perpendit, idcirco
coram accuſantibus adulterã digito ſcribebat in terra ad ſignificandum q̃ leges iudi=
ciales ſcriptæ propter homines terrenos adinuentæ ſunt qui non iuxta interiora ſed
plerunque iuxta caſualia extrinſecus homini occurentia iudicandi modum homini=
bus ſuggerunt, multoties enim poterit homo mitis & probus in aliquo opere le=
gibus interdicto deprehendi qui tamen peracta illa quantulacunque mora ad actus
rationis ſibi conſuetos & permanentes reuertetur, & nihilominus ab huius mundi
iudicibus cæteris quibuscunq; nequior habebitur, & uice uerſa continget interdũ ho
minẽ malorum morum & prauæ uoluntatis ſibi taliter in extrinſecis et apparenti=
bus actionibus præcauere ut cum ſit omnium ſceleſtiſsimus iudicio quoruncunq; ſan
ctiſsimus exiſtimari queat, proptera Chriſtus noluit iuxta leges hominibus ſcriptas
iudicare & principari eo q̃ imperfectum iudicium noluerit exercere, nec uoluit eas
refellere, ſed potius aliorũ exemplo ipſis ſubijci cum potiores iudicandi regulas ho=
mines nanciſci nequeant, propter quod tamen uicarijs ſuis poteſtatem iudiciariam
minime dici poteſt ademiſſe, cum & ipſi homines ſint nec dedecebat eos iudicium hu
manum ſecundum leges ſcriptas exercere, quod tamen ipſum dedecuiſſet exercuiſſe,
eo q̃ (prout dictum eſt) non niſi imperfectum poſsit exiſtimari, dicebat autem Petro
ut non ſcandalizentur ſoluamus didrachma inſinuans nullum hominem ad euitatio=
Marci. 9. nẽ offendiculi proximorum, regulas proprias ſibi cum aliis conuerſandi modũ præfi
gere poſſe, idcirco ait filius uenit nõ ut miniſtretur ei ſed ut miniſtret, uoluit enim po
tius hominibus ſubigi quàm ipſos ſubigere, ut ꝓprio exẽplo probaret tutius eſſe pa
rere quàm iubere, ꝓpterea q̃ nõ illi qui regitur ſed illi qui regit error (ſi cõtingat)
imputãdus eſt, adeo q̃ qui leges et iura nouit, legibus et iuribus, qui uero eas ignorat
peritioribus ſe ſubijciatur, propter id autem q̃ Chriſtus in hoc mundo ſecundum le=
ges ſcriptas iudicare neq; ipſas refellere uoluerit, nullus de tali facto ipſius quæri
poteſt, eo q̃ in alio mundo iura regni ſui exercens iudiciorum ſuorum omnium recti=
tudinem intellectibus quoruncunq; aptam patefaciet. Ad obiectionem inſuper de
Moſe qui uiſus fuit Aaron etiam poſt ipſius electionem in ſummum ſacerdotem præ
fuiſſe, dicimus q̃ illa authoritas opinioni noſtræ ſuffragatur propterea q̃ Moſes ui
ces principis in eccleſiaſticis & in temporalibus ſemper geſsit, nam ſeruator ſummi
Math. 23. Pontificis priſci cathedram non Aaron ſed Moſis cathedram appellauit, elegit au=
tem Moſes Aaron in ſummum ſacerdotem & habitu prout ipſi mandauerat altiſsi=
mus ornauit, non tantũ propter miniſterij tanto populo præſtandi neceſsitatẽ uerum
magis quia cum ſolus legiſlator haberetur debuerat & modum circa ſummi Pontifi=
cis qui tantum referebat obſeruationem oſtendiſſe, & coram oculis totius gentis ſuæ
Exod. 28. ipſam modis omnibus prout ipſi Deus Altiſsimus præceperat exercuiſſe, ſeipſum

autem Pontificem ſummum licet rebus abſque extrinſecis ceremonijs idem eſſet non
declarauit, quia dedecebat occaſionem corā ſuggerere qua quis in futurum ſeipſum
probare & in ſummum pōtificem eligere poſſet, ſicuti chore qui prout ex ſcripturæ
ſententia non ab re credi poteſt ſemetipſum eligere decernebat accidit, quamuis enim Numeri.16:
Moſes talem electionem ſuipſius non a ſeipſo ſed a Deo eſſe demonſtrare potuiſſet,
quàmplures tamen Iudeorū duræ ceruicis non faciliter ipſius dictis etiam per ſigna
manifeſta conſtantibus adhæſiſſent, ſed ſemper de nimia ipſius dominandi uoluntate
dubitaſſent, propterea mandato altiſſimi elegit Aaron ut ipſe ſummi Pontificis corā
omnibus normam in ſeipſo præſeferet, & populum de ritibus ſeruandis circa ipſius
obſeruationem per ſucceſsiones temporum manſuram doceret, propterea ipſo mor-
tuo, & die Moſis nouiſsimo accelerante Eleazar uice ipſius conſtitutus eſt, qui utrū
que principatum in eccleſiaſticis & in ciuilibus geſſit, cum Ioſue ad uerbum ipſius
egreſſurus & ingreſſurus eſſet & omnes filij Iſrael cum eo prout Moſes prope mo Nume, 27.
riturus Domino præcipiente conſtituerat, nec mouere nos debet q̃ multi principes
nutibus ſacerdotum aliorum in rebus gerendis etiam acti ſunt, qui tamen his quos
conſulebant minime ſubijciebantur, eo q̃ ſummi ſacerdotis regimen ſemper pro ma-
gna parte in negocijs ſecularibus peragendis ueluti ſcripturarum exempla paſ-
ſim oſtendunt de neceſsitate requirebatur, q̃ autem Petri principatum & maiorita-
tem ob id q̃ ab apoſtolis in Samariam miſſus fuerit auferri uelint non mediocriter
mirandum reſtat, eo q̃ non ab illis imperantibus ſed illorum & ſuipſius conſilio ac-
cedente illuc cum Ioanne profectus ſit, hac enim miſsionis ſerie quottidie rerum publi
carum potiores ab eis in legationem pro rebus arduis gerendis mitti uidemus nullo
eorum qui mittuntur maiori reſidente, ueluti Phinees filius Eleazar cum decem prin Ioſue. 22,
cipibus miſſus fuit a filijs Iſrael ad tribus Ruben & Gad et ad mediam tribum Ma
naſſe, qui tamen de potioribus inter eos reputabatur, et Coritarū dux fuiſſe legitur, Paralipo.9.
propterea huiuſmodi obiectio potius ridicula quàm rationabilius cenſeri debet, cum
inſuper Gad nulla reuelationis facta mentione dixerit Dauid noli manere in præſi- 1.Reg c.22
dio, proficiſcere & uade in terram Iuda, & profectus eſt Dauid Gad ſeipſo minore
ipſi conſiliatiue (ut ita dicamus) imperante, extra enim reuelationes Gad ipſo mi-
nor eſſe dignoſcebatur cum Dauid ante illud tempus dudum in Regem aſſumptus 1.Regum.
fuiſſet, q̃ autem Paulus Apoſtolus Petrum arguerit ex hoc nulla ſequitur maiori- cap.16.
tatis ipſius detractio, primo quia Petrus ex intentione non errauerat, unde uere non
erat coram Deo reprehenſibilis, ſecundo quia minor poteſt maiorem arguere nullo
præiudicio maioritatis ipſius accedente, ueluti Nathan domino ei ſuggerente uere 2. Regum, cap.12.
arguit Dauid de peccato, & tamen maioritatem ipſius nec in minimo læſit, cum 3.Reg.ca.1.
poſtmodū etiam ipſum prout ſcriptura oſtendit adoraret, ſic igitur nullam ſacræ pa
ginæ ſententiam regimini temporali ſummi ſacerdotis aduerſari imo potius crebras
ipſius authoritates palam ipſi fauere compertum eſt, propter id autem q̃ Domini
aduerſantes argumētis omnibus quibus contra Papæ ſublimitatem inuehebantur ex
ploſis, pergunt inſuper ipſum calumniari eo q̃ illum ſponſum eccleſiæ noſtræ uocari
audiunt, dicimus abuſum nominis huius propter adulatores tantummodo & non pro
pter Papæ conſenſum inoleuiſſe, nam Papa ſcripturis receptis inhærens tales adu-

Ad Ephe. 5. *lationes deuitat quia cum ſponſus ſit mulieris caput ſolus Chriſtus qui caput eccleſiæ dignoſcitur ſponſus ipſius aſſertus eſt, idcirco Papa non ſponſum ſed ſponſi & capitis eccleſiæ uicarium & omnium membrorum eius miniſtrum & ſeruum ſeruorum ueriori uocabulo prout tituli ſui inſcriptiones indicant ſe mauult appellari, licet Papa militantis eccleſiæ caput inquantum Chriſtianorum ſupremus eſt iuxta concilij Florentini ſub Eugenio quarto decretum dici poßit.*

SERENISSIMO ANGLORVM REGI PRO *Maieſtatis ipſius contra Papam opinione reſpondetur Expoſitio ultima.*

QVAMVIS .D. Henricus Anglorum Rex utrunque regimen uidelicet Temporale & Eccleſiaſticum uni tantummodo perſonæ defferat, nihilominus in opinione ſua de ſummo Sacerdote procul a nobis eſſe deprehenditur, cum regum quemlibet in regno ſuo Papam & utriuſq; iuris principem ſummum eſſe contendat, propterea q̧ priſcos Reges prout ſupradiximus utranque ditionem exercuiſſe perlegit, cauſam tamen propter quam regibus illius temporis principes temporales et ſummos ſacerdotes nullius ſuperioris ditione recognita fuiſſe licebat (cum reuerentia Maeſtatis ipſius dixerim) contemplari minime uidetur, eo q̧ Reges illus ſublimitatis priſca tempeſtate unius populi, linguæ unius, et paris cultus, et numerum Regno uni proprio imparem non trāſcendentis, & tractus eiuſdē, abſque diuerſis nationibus intermixtis incolæ, cōcordis, pollitícis moribus undecunq; conformis Reges eſſent, decebat enim tales Reges populū unum illiuſmodi pro maiori eorum unitate & certiori ipſorum concordia, & regni ſui duratione ſub unius ſingularis dominio & diuinis & humanis inſtitutionibus exercere ut unico imperante in utraque pollitia uitam magis quietam peragerent. Nam ſi quis inueſtigauerit rationem propter quā hodiernis temporibus Regum pluralitas inter Chriſtianos adinuenta ſit, illico occurret ei diuerſitatem et diſtantiam regionum, & idiomatum & morum uarietatem de neceßitate diuerſis regiminibus & diuerſis Regibus propter commoditatem cohabitationis ad uicem ſeruandam indiguiſſe, ut unaquæq; natio in terminis ſuis ſub rege proprio certa pace frui poßit. Et ſi quis indagatus fuerit quare plures Papæ cum pluralitate regum non poßint adinueniri ſtatim percūctāti occurret, q̧ unitas pollitiæ eccleſiaſticæ unum duntaxat principē exigit, ſi enim pluralitas morum & idiomatum, pluralitatem regum prout experientia monuit expoſtulat pluralitas etiam cultuum & ſectarum diuerſitas pluralitatem pontificum ſummorum requirit, quæ cum inter Chriſtianos non reperiatur, nulla etiam pontificum ſummorum pluralitas in ea numerari debet, propterea q̧ unus ſufficit omnibus qui in uno genere conuerſationis & legis coæquantur, ut per normam unam & eādem mediorum eorundem reuelatorum, omnes ab uno citra querelarum & omni modi erroris occaſionem dirigantur, cum enim lex diuina ſit toti uniuerſo eadem in qua nulla nationum idiomatum & conditionis perſonarum diſtinctio per=

penditur, unum etiam qui ritus unitatem in toto orbe cuſtodiat adeſſe oportet, cum inter æquales & nullo ordine diſpoſitos ritum unicum obſeruari uideatur impoſſibile. Experimur enim quid ex pluralitate principum qui ſub unico imperante querelas ſuas dirimi nolunt quottidie contingat, ex quo noſce poſſumus quid maius inſuper inter ipſos emergeret, ſi etiam omnes in regimine proprio eccleſiaſtico pares eſſe poſſent, nam ſicuti bella ad rerum publicarum omnifariam internitionem inter eos geruntur, quia iugum unius inter ſe primi, perferre nolunt, ita etiam & magis ſciſmata in regimine eorum eccleſiaſtico conſurgerent, ſi principatum unius ſummi qui lites eccleſiaſticas inter eos ſuborientes cohibere et dirimere poſſet non admitterent. Nec etiam ſententiam eorum qui utrunque principatum eccleſiaſticum ſcilicet & temporalē ſoli Imperatori committendum eſſe affirmant tutam fore credimus propterea q̃, licet non dedeceat utrunque regimen prout ſupradiximus in uno principante reperiri, nihilominus ditiones huiuſmodi in populo Chriſtiano latiſſimas regum ſupremo deberi ſuſpectum imo impoſſibile eſſe demonſtramus, quoniam ueluti nuper dictum eſt principes alij potentes qui iugum ipſius pollitīcum tota arte & totis uiribus plerunque contra rectū & pium nituntur excutere, maiori interdum & turpiori nixu eccleſiaſticum etiam ſibiipſis ab eo impoſitum diſiicerent, & aterrerent, quod exemplo Chore faciliter omnibus perſuaderi poteſt, qui Moſi temporaliter principanti & inſuper ſummi ſacerdotij iura (prout ipſi uidebatur) arbitrio ſuo expendenti cum. 250. Sinagogæ proceribus turpiter obſtitit, & niſi ultio Dei ſuperueniſſet depoſitionem ipſius ab utriuſq; ditionis iure moliebatur. Preterea cum neceſſitas bellorum urgentium præſentiam Imperatoris exigat tot regnis & tot Chriſtianorum populis diuerſis ipſe unus in utriuſq; ditionis miniſterio nequaquàm ſufficeret, quamuis Moſes pro utraque ditione manu Altiſſimi Dei pro eo pugnante & populo omnibus modis uno exiſtente tempore priſco ſuffecerit, ueluti etiam tempeſtate noſtra Romanus Pontifex pro tuendis iuribus anguſtæ ditionis ſuæ temporalis, bellis gerendis & miniſterio eccleſiaſtico ſummá cum diligentia præſtando ſufficere deprehenditur, huiuſmodi enim diuerſa regimina in perſona plurium regnorum & latæ ditionis, aduerſitatibus quàm plurimis & innumeris deffectibus ſemper forent obnoxia, idcirco uniuerſaliter loquendo nulli regum etiam in eorum ditione propria conueniunt, propterea q̃ Regem huiuſmodi ſciſmaticum & a cœtu Chriſtianorum aliorum ſeparatum, uel ſummum omnium Chriſtianorum Pontificem eſſe oporteat, quo titulo rationibus & authoritatibus ſolum Antiſtitem Romanum rebus titulo correſpondentibus appellari & inſcribi ſatis demonſtratum eſt, nec refert ſi malitia ipſius nimis obiecta perpendatur, eo q̃ niſi intantum debaccharetur ut ad hereſim uſq; aſſertam pertingeret uel pollitiam eccleſiaſticam demoliretur iuriſditioni ipſius nec in minimo poteſt obſuiſſe, q̃ ſi tale quid informe cōtingeret tūc non dedeceret obedientiam ipſi denegare & intercipere & cum reuerentia tantæ dignitatis euſque legittimus alter inſtitueretur immorari, ne ob unius culpam ueritas & ſublimitas tanti gradus tanta laceſſi poſſet iniuria, ut ob unius crimē ſciſma infandū et deteſtabile corpus inſontis eccleſiæ diuideret, et in partes uarias ab inuicem diffidentes diſpergeret. Vos enim magni Reges in ſummi pontificis obſeruationem &

Numeri. 16.

reuerentiā etiamſi et ipſe peccator foret Federici Imperatoris exemplum nos haud
parum mouere debet, qui Papam hoſtem ſibi infenſiſsimum & Barbaris & Sarrace-
nis in excidium ipſius fauentem, ita coluit & ueritus eſt, ut coram eo procidens pe-
dem ipſius oſculatus fuerit, cum ſibi conſcius non hominem ſed gradus Petri forma
litatem in eo perpendendam agnoſceret. Cuius actus memorabilis tota laus Domi-
nis Venetis debetur qui ſemper uiſceribus ardentibus ueritatem Chriſtianam ita cō
plexati ſunt, ut plerunque maximo ditionis & rerum ſuarum diſcrimine propter
eius amplificationem et defenſionem non mediocriter uexati fuerint, nam palam om
nibus eſt ꝙ ob diligentiam præſtitam ne claſsis Cæſarea in manus hoſtiles turcharū
laberetur Corciræ immunitæ repentinam et improuiſam obſidionem Turchis in eos
frendentibus non paruo reipublicæ ſuæ diſpendio & regni ſui periculo paſsi ſunt,
& qualiter Cæſari ex animo adherentes, proprios filios & diuitiarum aceruos ſub
Turcharum tremenda poteſtate Chriſtianæ fidei fauore neglexerint, nec cūm po-
tioribus Chriſtianis Regibus omnibus præuenti in ultimis anguſtijs obſiderentur,
Turcharum ualidam et ipſis fidelem manum ſeſe in eorum auxilium accingentem cō
tra Chriſtianos admittere uoluerint, propterea ꝙ maluerant in manibus Altiſsimi
Dei & Chriſtianorum periclitari, quàm per infidelium uires certiſsima ſalutis uīa
ab excidio imminente liberari, qui tempeſtate noſtra Chriſtianæ reipublicæ calami-
tatem queſti corde intimo dolere non deſinunt propterea ꝙ ob principum Chri-
ſtianorum inſidias exploratas & expertas infidelium ditiones a toto me-
diterraneo mari propriis uiribus in hunc finem ſuperabundantibus
in Chriſtianitatis totius commodum ſummouere nequeant,
quorum exempla in ſummi ſacerdotis et uniuerſæ re-
ligionis noſtræ obſeruationem & reuerentiam
Chriſtianorum Principum mētes cum pie
tas, iudiciū & eorum ſapientia tanti
eſſe dignoſcantur nō mediocriter
ſollicitas reddere debēt.

FINIS.

Tractatus iſte per Reuerendum Magiſtrum Marinum Venetum Or-
dinis Minorum Hæreticæ prauitatis in Sereniſſimi Senatus Vene-
ti Ditione Inquiſitorem examinatus & ſubſcriptus fuit.

Acceſſit & Reuerendiſsimi Legati Papæ Venetiis ſubſcriptio Cum
licentia Capitum decem Sereniſsimi Conſilii Veneti pro ipſius im-
preſsione admittenda. Anno Salutis. M. D. XLVII.
die XXIII. Iunii.